SPHAERA
MVNDI


: Vrania mu/
ſa : cæ/
leſtis :
Aſtronomia
: Ptolemæus prince/
ps aſtr/
onomoꝝ

SPHAERAE mundi compendium fœliciter inchoat.

Nouiciis adolescétibus:ad astronomicá rép.capessendá aditú ípetrátibus:ꝓ breui rectoq; tramite a uulgari uestigio semoto:Ioánis de sacro busto sphæricú opusculú una cú additóibus nónullis lr̃a A sparsim ubi íterlertæ sint signatis:Cótraq; cremonésia í planetaꝝ theoricas delyramenta Ioánis de monteregio disputatões ttá acuratiss.q̃ utilis:Nec nó Georgii purbachii:i eorúdé motus planetaꝝ accuratiss.theoricæ:dicatú opus:utili serie cótextú:fausto sidere íchoat.



Ractatum de sphæra q̃tuor capitulis distĩguimus: Dicturi primo cópositioné sphæræ:qd sit sphæra: qd eius centꝝ:qd axis sphæræ:qd sit polus mundi: quot sĩt sphæræ:& q̃ sit forma múdi.In scd̃o de circulis ex qbus sphæra materialis cóponit̃ & illa supcælestis q̃ ꝑ istá imaginat̃ cóponi ítelligit̃.In tertio de ortu & occasu signoꝝ:& de diuersitate dieꝝ & noctiú:quæ fit habitantibus in diuersis locis:& de diuisione climatum.In quarto de circulis & motibus planætarum:& de causis eclipsium.


DE diffõe sphæræ & de qbusdá prícipiis suppone̅dis & sphæræ cópõne & cõmoditate Capi.primú.

NOn est í ꝑtáte nr̃a cælos sursú adire:circulos & gradus eoꝝ uisu cernere:eosq; reuoluere undecúq; & quádo placuerit.q̃ ꝑterita í illis sunt: haud hó pót ítueri:nec hoís ætas sufficeret expectare q̃ futura súť:& q̃ ꝑsétia fiút dú uiuit hó cúcta nemo uidere pót.Núc alibi dies é:alibi nox:uni sol orit̃ uel stella q̃dá:alteri occidit:nec oíbus íeé locis qs simul pót.aliqbus sphæra se dem r̃at rectá:aliqbus obliq̃ multipharie.Quas ob res bonú & cómodú est artificialé sphærá hr̃e:q̃ manibus ad libitú uolui:& scd̃m cõem sitú & ꝑté cóspici possit:& oés eius gradus & circulos ꝑcipi salté oportuni:q̃ mediante ueluti exéplo ꝑsétia ꝑterita & futura & c.q̃ naturalis súť sphæræ cæli facile ítelligere ualeéus.Ad méoriá igr̃ cóuertamus ea q̃ de circulis & púctis dicút̃ atq; zódiaco í scd̃o ca.huius:& ad similitudiné decimæ:nonæ uel octauæ sphæræ. silr̃ fabricemus:prío ut moris é ex circiolis ex subtili metallo uel ligno idoneo í sua rotúditate & sitibus bene æquádo & firmádo duos circulos magnos se orthogonalr̃ secátes sup púcta q̃ poloꝝ súť.Atq; circulú aliú ꝓ æqnoctiali ab ipsis polis æqdistáté.Silr̃ & duos tropicos:& duos circulos arcticú & antarcticú í suis sitibꝫ.Atq; zoná zodiaci biꝑtitá ꝑ eclipticá & í.xii.signa q̃ gradibꝫ í ecliptica signatis & suis noíbꝫ scd̃m ordiné sint ísignita:& unáquáq; q̃rtá æqnoctialis a coluro ícoluꝝ í gradus.xc.seꝑabimus.Sitq; q̃rtæ zodiaci silr̃ ꝑtitæ:ita ut colurus unus tráseat ꝑ duo solstitia & polos zodiaci:alter ꝑ duo púcta æqnoctii.His.viii.circulis bene firmatis & suis noíbꝫ & gradibꝫ distictis:scísq; duobꝫ rotúdis foramibꝫ í duobꝫ locis diametralr̃ oppositis:ubi duo circuli coluri se secát:sint uere púcta poloꝝ ipius sphæræ:axé rotúdá ex ferro rectissimá ꝑ illa duxerimus ex utraq;

parte eminentẽ:circa quam sphæra ualeat circũuolui.Extrinsecus ex parte poli sphæræ australi manubriũ ligneũ circa axẽ firmemus:ut sphæræ artificiũ ma/nu teneri cõmodius possit.Sed prius sphærulã ligneã firmiter circa axẽ uere in medio sphæræ statuemus quæ nobis molẽ terræ repsentet:sup cuius supficiẽ qnq; plagas cæli plagis relatiuas:uel duodecĩ zonas pprie in ea præsignabimus: quæ septẽ climata & qnq; habitabiles zonas denotẽt:& reliqs silr extremas ut ĩ secũdo capitulo huius exponit̃ cũ suis noĩbus:signãdo ĩ eadẽ circulũ lõgitudina lẽ & latitudinalẽ si rẽ cõpletiorẽ hr̃e uolumus.Et totũ quod est hemisphæriũ est ex pte oppositi climatũ & duas extremas zonas eius atq; residuũ illius meri dionalis quæ torridæ zonæ adhæret ex uiridi colore pĩgemus ut p ipsũ aqs ma ris occeani ambiẽtis totã habitabilẽ terrã ĩtelligamus.Præterea opus ẽ tres ali/os circulos uolubiles circa sphærã exterius p maiori cõmoditate ordinare:sed primos duos eoꝝ unũ fere alteꝝ cõtingẽtẽ q circa sphærã & axẽ circũduci ipsis firmiter retẽtis possit.Et eoꝝ unus p circulo meridiano habeat̃:& pprie exte/rior cuius unaquæq; medietas: præcise quæ est a polo ĩ polũ: ĩ cẽtũ & octuagĩta gradus diuisa sit & suas fractões.Alter uero silr qui p horizõte recto signet̃.Et huic circulo tertiũ circulũ ĩteriorẽ debito cõiũgemus ĩgenio p duos axiculos in foraminibus eoꝝ factis circa pũcta duo opposita æque remota a polis reuolu/tionis sphæræ:quod est pcise ĩ directo circuli æqnoctialis sphæræ:ut circa istos duos axiculos ipe circulus tertius alio retẽto circa sphærã duci possit ab uno po lo sphæræ ad aliũ.Et nõ faciemus axiculos eminẽtes ne motũ hũc ĩpediant nec motũ meridiani.Signabimus quoq; hũc circulũ p horizõte obliquo:quẽ sicut & alios ĩ gradus diuidemus.Itaq; structa erit artificialis sphæra:ut cõiter in usu hr̃ ex circulis materialibus fcã.Et quãdo hr̃e uoluerimus horizõtẽ rectũ uel ob liquũ ĩ sphæra debite ordĩatũ:faciamus illũ horizõtẽ firmiter teneri talr̃ q nul la ps circũferẽtiæ ipius sit altera altior.Nã tũc erit uere æqdistans supficiei ueri horizõtis.& bonũ erit:licet nõ sit necessariũ:q ps septẽtrionalis sphæræ sit uer sus septẽtrionẽ:& meridionalis uersus meridiẽ:cũ hoc q ps huius sphæræ oriẽ talis sit uersus oriẽs:& occidẽtalis uersus occidẽs.Et cõuenit cũ hoc ut meridia/nus circulus erigat̃ ita ut tã ps eius q̃ ĩdicat meridiẽ:q̃ ĩfima q̃ denotat ãgulũ no ctis distet ab oriẽte horizõtis & occidẽte eiusdẽ æqlr̃ oĩno qa p q̃rtã ptẽ æqno/ctialis siue p gradus nonagĩta.Et sic hẽmus locũ zenith ĩ sũmo meridiani:æqdi stãti undiq; ab ipo horizõte.Et eius nadir ĩ imo ipius.Et si hr̃e uoluerimus alti/tudinẽ poli sup horizõtẽ obliquũ ad latitudinẽ alicuius loci terræ:ut gr̃a exẽpli ad ciuitatẽ cuius latitudo fuerit nota:primo firmabimus horizõtẽ obliquũ & meridianũ unũquẽq; ĩ suo situ ut dictũ ẽ:teneriq; fortiter faciemus ipsũ horizõ tẽ:& tũc uoluamus sphærã nõ sup suos polos ab oriẽte ĩ occidẽs neq; ecõuerso: sed a septẽtrione suo ĩ austrũ sup axiculos ĩ horizõte statutos:eleuãdo polũ suũ septẽtrionalẽ si latitudo ciuitatis ẽ septẽtrionalis:uel polũ australẽ si latitudo illa ẽ australis pcise p totidẽ gradus meridiani statutos distãtes ab ipo horizõte obli quo: quot st̃ gradus uel mĩuta latitudĩs illius ciuitatis :& ĩ hoc statu meridianũ

etiã fortiter teneri faciemus & hẽbimus sphærã obliquã & horizõtem & meri dianũ ad illã ciuitatẽ ꝓportõales:& stãtibus horizõte & meridiano poterimus sphærã uoluere & reuoluere suos polos ĩtra dictos duos circulos:& similitudi narie ĩtelligere motũ primi mobilis & ortũ & occasũ & reliq̃:ut in sphæra cæli post dicẽda:& dr̃ias tẽpoꝝ & dieꝝ & noctiũ & umbraꝝ uarietates & reliq̃ mo bilis primi q̃ cõtigere solent & cõsiderare uoluerimus. Sed si optauerimus hr̃e sphærã ꝑ quã motũ nonæ & nonæ sphæræ ĩtelligere possimus:faciemus ergo sphærã cõem ex suis circulis ut dictũ est:& aliã minorẽ:q̃ ĩtra illã ualeat cõtineri & circũuolui possit ut Purbachius dixit q̃ ex tribus tãtũ circulis ĩtegret̃:quoniã ipi ĩ ꝓposito satisfaciũt:quoꝝ duo orthogonalr̃ se secãt ĩ duobꝫ pũctis uere dia metralr̃ oppositis ubi statuemus esse polos suos ꝑ axẽ penetrãtẽ q̃ extra sphærã hãc parũper & æq̃lr̃ emineat ad q̃titatẽ semidigiti:ĩ cuius medio si terrã ĩtelligẽ re uoluerimus sphærulã firmabimus ĩ ipa axe & tũc nõ egemus axe prius fcã q̃ ꝑ polos mũdi tẽdebat:sed loco poloꝝ mũdi quos prius extremitates axis effici/ ebãt:ĩprimant̃ ĩ sphæra exteriore prius fcã firmissime sup̃ ipsũ erecti duo claui/ culi æq̃les atq; rotũdi:circa quos circulus meridianus & horizõ rectus silr̃ fcũs & iũctus horizõti obliquo ut prius demõstratũ ẽ circũduci ualeat atq; ipo stãte sphæra circũuoluit̃. Tertius uero circulus sphæræ ĩclusæ sit circulus latior prõ zodiaco cõstitutus ĩduodecĩ signa & gradus silr̃ ut alter exterior zodiacus pti/ tus est:sed hũc firmabimus secãtẽ ꝑ mediũ alios duos q̃ coluri uocant̃ secũdũ se totũ æq̃lr̃ remotũ a duobus polis sphæræ ipius. Et ista sphæra ex tribus circulis structa rep̃sentabit nobis sphærã nonã cũ suo zodiaco & polis suis & aliis circũ/ stãtiis. Quæ in decimæ sphæræ polis zodiaci ita figat̃ ut extremitates axis q̃ fcẽ sũt loco poloꝝ eius circũuolui possint. Item silr̃ & aliã minorẽ ex totidẽ circulis eodẽ mõ quo scda iã dcã dispositã cõficies:q̃ nobis octauã sphærã rep̃sẽtabit. Cu ius duo pũcta diametralr̃ opposita.s.capita arietis & libræ nonæ ĩ circũferentia puoꝝ circuloꝝ:quoꝝ cẽtra sũt caput arietis & libræ nonæ sphæræ circũuoluũ tur. Sed oportet prius q̃ una ĩ altera ĩcludat̃ & claudat̃ ꝙ duo circuli parui fcĩsi xiq; circa caput arietis & libræ nonæ sphæræ ĩterius cũ ĩgenio habili sint æq̃ni/ miter ꝑ totã periferiã eorũdẽ concauati:ita ut pũcta illa capitũ.s.arietis & libræ octauæ sphæræ clauiculos ĩ se firmatos eminẽtes habẽtia ꝑ ipas cõcauitates pos sint circũduci manibus semꝑ ex oppositis partibus sphæræ nonæ locati:& tali mẽsura ꝙ nec ab ipsis meatibus nimis strigat̃ nec ita ꝙ facile egrediat̃. Nã statu to zodiaco unius sub zodiaco alterius poterimus æq̃ uelocitate ĩpellere hæc pũ cta octauæ sphæræ de q̃rta ĩ q̃rtã sui circuli eo mõ quo moueri ĩtelligit̃ ĩ capitu lo ultimo octauæ sphæræ Georgii purbachii. Et cũ hoc uoluemus sphærã ipsã ĩteriorẽ sup̃ axẽ de q̃rta in q̃rtã æq̃ ꝓportõalr̃ ut ibi ferebat̃:& apparebit sectio duoꝝ zodiacoꝝ & q̃ signa efficiunt̃ septẽtrionalia & q̃ meridionalia & quõ di/ stãt & quõ redeũt ad statũ primũ & reliq̃. Si quoq; sphærã struere uoluerimus cũ stellis fixis ut eaꝝ ortus & occasus & mediũ cæli atq; figuras ꝑcipe ualeamus sphærã materialẽ solidã cõponemus in cuius sup̃ficie circulos signabimus ali/


quos mãifestos ut circulũ æqnoctialẽ & eclipticã & circulos paralellos eclipticæ duos: quẽlibet p sex gradus ut zodiaca zona hẽbat i q̃ distiguamus signa duode cim. Itẽ signabimus tropicos & circulos arcticũ & antarcticũ & sex circulos co luros trãseũtes p pũcta. xii. signoꝝ zodiaci & polos eius: reliquos uero circulos palellos eclipticæ leuissime describemus: & silr̃ q trãseũt p polos zodiaci & p oẽs gradus zodiaci: ut feret i ca. scđo huius: p quos lõgitudiẽs & latitudiẽs stellaꝝ fi xaꝝ signare ualeamus. Nã cũ hũ erimus tabulã uerificatã ad tp̃s nr̃m i ip̃a sphæra situare stellas poterimus hoc mõ. quoniã si sit stella lõgitudĩs graduũ. l. & latitudĩs. xliiii. graduũ: ubi in ipsa sphæra colurus lõgitudĩs. l. gradus: secat palellũ septẽtriõalẽ si latitudo stellæ ẽ septẽtriõalis uel australẽ si australis: signabimus stellã illã: quã in forma uel colore uel q̃titate distiguimus: ut i quo ordine sit itelligat & reliq̃s mõ cõsili. Horizõtẽ uero rectũ & obliquũ atq; mẽidianũ & axẽ sine corpe terre huic spæ solide adaptabimꝰ: uti in spa p̃cedẽti q̃ ex circulis octo erat cõposita.





Diffõ sphæræ & de qbusdã pricipiis geometricis supponẽdis.

Phæra igr̃ ab Euclide sic describit̃. Sphæra ẽ trãsitus circũferẽtiæ dimĩdii circuli quotiẽs fixa diametro quousq; ad locũ suũ redeat: circũducit̃.i. Sphæra ẽ tale rotũdũ & solidũ qđ describit̃ ab arcu semicirculi circũducto. Sphæra ẽt a Theodosio sic describit̃. Sphæra ẽ solidũ qđdã una sup̃ficie cõtẽtũ ĩ cuius medio pũctus ẽ: a quo oẽs lineæ ductæ ad circũferẽtiã sũt æq̃les. Et ille pũctus dr̃ cẽtrũ sphæræ. Linea uero recta trãsiẽs p̃ cẽtrũ spæræ applicãs extremitates suas ad circũferentiam ex utraq; parte dicitur axis sphæræ. Duo quidem puncta axem terminantia dicuntur poli mundi.



DE qbusdã prĩcipiis geometricis supponẽdis q̃ sũt addita.

In primis qdẽ uident̃ supponẽda & ĩtelligenda ab eis q nesciũt geometricã disciplinã qbus dicẽda leuius capere possint: & sũt q̃ iã subscribimus & p̃ximioribus nouitiorũ grã addidimus.

Punctus in re quanta: est quid indiuisibile: uel cuius non est aliqua pars quæ uisu percipiatur.



Linea ẽ latitudo sine latitudine & profunditate: cuius extrema sunt duo puncta si finita intelligatur.


Linea recta: est breuissima extensio ab uno extremo ad aliud.

Linea u ero recta est quæ inter extrema curuatur.

Superficies est longitudo cum latitudine profunditate carens quæ linea uel lineis terminatur.


Superficies plana est quæ tam secundum longitudinem q̃ secundum latitudinem breuissime extenditur.


Non plana est quæ concauitatem uel conuexitatem aliquam habet.




Angulus est duarum linearum contactus applicatione non directa.


Angulus rectilineus est: qui fit ex duabus rectis lineis. Angulus non recti lineus est cum altera linearũ est non recta.









C ũ linea recta ſup rectã lineam occurrerit & cãuerit ex utraq̧ parte duos angulos æquales quelibet earꝫ dicitur perpendicularis ſuper alteram atq̧ quilibet illorum angulorum rectus denominatur.



I tẽ qcũq̧ angulus uni iſtorꝫ ſimilis & æq̃lis fuerit rectus erit. quãobrẽ oẽs anguli rectilinei recto æquãt.

S i uero linea recta rectæ lineæ occurrẽs cauſet ex lateribus angulos duos ĩæq̃les: q̃libet illarꝫ linearꝫ dicit obliq̃ uel ĩclinata ſup alterã: & angulus maior uocat obtuſus & minor acutus: quare omnis angulus rectilineus maior angulo recto obtuſus exiſtit: & omnis minor recto acutus.






C orpus eſt quod longitudinem & latitudinem & profunditatẽ cõtinet. Figura eſt quæ termino uel terminis claudit. Nihil figuratur niſi ſuꝑficies uel corpus.

D uæ lineæ rectæ non claudunt ſuperficiem: ideo figuram non formant.

D uæ ſuꝑficies rectæ ſilr̃ corpus nõ diffiniũt neq̧ figurã

S i ſint duæ lineæ uel ſuꝑficies rectæ & ex utraq̧ pte ꝓductæ quæ nunq̃ cõcurrãt: æqdiſtãtes appellantur.


Aequidiſtantia duorum eſt quando omnes lineæ ab uno in aliud breuiſſimæ tenſæ fuerunt æquales.





C irculus ẽ figura plana una linea cõtẽta q̃ circũferentia uel periferia uocatur: in cuius medio pũctus eſt quæ centrum circuli dicitur a quo omnes recte lineæ uſq̧ ad circunferentiam ductæ ſunt æquales.

L inea uero recta q̃ trãſit ꝑ cẽtrꝫ & applicat extremitates ſuas circũferẽtiæ: iꝑ diuidit circulũ ĩ duo media: ipſaq̧ appellat diameter. Et q̃libet illarꝫ partiũ circuli ſemicirculus atq̧ portio media circuli dr̃.

Quod ſi recta linea circulũ in duas partes ſecet inæq̃les ipſa chorda nominat & pars circuli maior portio maior: & pars circuli minor portio minor: ps uero circũferentiæ quæcunque fuerit arcus uocatur: portio igitur circuli ex arcu & chorda formatur.









Si duæ rectæ lineæ a cētro ad circūferentiā porrectæ sup cētrꝝ angulū faciāt: partē circuli īterclusā placuit nōnullis scindā circuli appellare. Aduertendū ꝙ frequēter ē ī usu ut circūferētia ꝓ circulo capiatᷣ qđ artifices coīter obseruāt & ita cū libuerit obseruemus.

Si ex tribus lineis supficies claudatᷣ fit figura trilatera q̄ etiā trigonus & triāgulus dr̄. Si ex q̄tuor q̄drilatera uel q̄dragonus: & ex qnq; pētilatera uel pentagonus: & reliq̄ silr̄ a numero latetꝝ uel angulorꝝ denominantur: habet. n. unaqueq; figura plana tot latera quot angulos si fuerit habēs latera: quoniā circulus nō habet latera. Quod si cōstent oīa latera æqualia: erūt oēs anguli ipsius sibi īuicē æquales: quod ecōuerso non semp est ꝑcipue in quadrilatero lōgo atq; rectāgulo. hic cōtinet oēs angulos æquos quoniā rectos: sed latera opposita tātū æq̄lia. Illa figura plana rectilinea dicenda est quæ undiq; rectis lineis perficitur.



Sphæra est in corporibus figura prima queadmodū circulus in supficiebus. Sphæra secūdū theodosiū est figura corporea una supficie cōtēta: ītra quā pūctus ē a quo omnes lineæ rectæ eductæ q̄ illi superficiei occurrunt sunt inter se æquales: & ille punctus est centrum sphæræ. Ex quo liquet sphæram esse corpus rotundum rotunditate perfecta apud geometros.

Linea recta q̄ tēdit p cētrꝝ sphæræ & ex utraq; parte attīgit supficiē eius nō est ꝓprie dicenda diameter sphæræ. ut multi uocāt: eo ꝙ licet penetret p medīu sphæræ ipsā p mediū nō diuidit sed ꝓprius uocatᷣ menguar uel axis maxime si ipse fixa permanente circūuoluatᷣ sphæræ. Duoq; pūncta opposita in superficie sphæræ axem terminātia poli dicuntur.







Omnis circulus qui sphæram secat in duo media diameter sphæræ appellari meretur: & circulus magnus sphæræ dicitur: & in eadem sphæra omnes circuli magni sunt æquales quoniā per centrū sphæræ transeunt: quare omnes tales sunt concentrici: ꝑterea omnes duo circuli magni in sphærā se per æqualia diuidūt.

Omnis circulus secans sphæram cuius spæriferia per superficiem eius reuoluitur sector sphæræ uocatur. Et quilibet talis habet axem propriam quæ per centrꝝ sphæræ currit in qua centrum ipsius circuli semper insistat & puncta extrema eiusdē axis sunt poli circuli illius. Quod si ipse fuerit circulus magnus distabūt ab eius circūferentia poli p æqualē mensurā. Si uero minor unus eorꝝ plus & alter minus ab eadem & si semper unusquisq; ipsorum ab eadem equidistauerit.


Portio sphæræ est q̃ finit̃ a sectore & pte supfi/ciei sphæræ. Quæ quando existit medietas sphæræ: portio media aut hemispæriū noīa/tur. Sed si plus sit hemisphærio: portio maior sphæræ. Et si minus: portio minor appellat̃: ueluti de portionibus circuli dictum fuit.



Quādo duo semicirculi circuloꝝ maioꝝ sphæ/ræ cōcurrūt sup aliq̃ lineā rectā q̄ p cētrꝝ sphæ ræ pcedit formātes angulū: ps sphæræ īterce pta quæ ab illis duabus superficiebus & par/te superficiei sphæræ terminatur scinda sphæ ræ a multis uocatur.




Circuli paralelli ī sphæra dicunt̃ quoꝝ eadem axis ē: & unoquoqꝫ orthogonalr̃ secta & idē sūt poli. Ideoqꝫ paralelli noīant̃: eo ꝙ oēs duo ipoꝝ a seiuicē æq̃lr̃ distāt. Pars deniqꝫ supfi/ciei sphæræ īter quoscūqꝫ duos eoꝝ accepta zona pnoīat̃. Circulus ī sphæra īclinatus sup aliū dr̃ cū nō fuerit ei æqdistās aut eū secuerit ad angulos īæq̃les. Cū piferiæ duoꝝ circulo/rū æq̃les uel īæq̃les in supficie sphæræ talr̃ se secēt ꝙ circa pūctū cōis sectiōis oēs q̃tuor an guli causent̃ æq̃les: qđ nō nisi ex circulis ma/gnis fieri cōtigit: aut ex una pte duo collaterales tātū atqꝫ reliq duo ex altera æq̃les facti sunt: quod accidere nō solet nisi ex īæq̃libus piferiis: tūc illi duo circuli se orthogonalr̃ secare dicunt̃. Et ecōuerso si sint circūfe/rētiæ uel circuli ī sphæra orthogonalr̃ se secātes: opor tet angulos fieri æq̃les quos diximus. Et noīantur ipi anguli q̃tuor anguli recti sphærales: cū oēs sibi inuicē pares fuerīt. Sed si solū anguli cōtrapositi iueniant̃ æq̃ litatē hr̃e uel nullus alteri æquet̃: ipi circuli & eoꝝ pi/ferie obliq̃ se secāt atqꝫ declināt abiuicē. Præterea oēs circūferētias circuli siue magni siue parui ī sphæra ītelligit̃ diuidi ī æq̄s ptes ter/cētas sexagīta: & q̃libet eaꝝ uocat̃ gradus unus. Quare cū diameter circuli sit fe re tertia ps lōgitudinis circūferētiæ q nō curauerūt de re p̄cise statuerūt ipsā dia metrū eē cētū & uigīti gradū. Itē oīs gradus ī. lx. ptes æq̃les separat̃ & unaq̄qꝫ mi nutū dicit̃: oēqꝫ minutū ī. lx. partes silr̃ diuidit̃: q̄ꝝ q̃libet est unū secundū. Itaqꝫ deīceps diuidēdo semp p. lx. oē secūdū in tertia: & oē tertiū in q̄rta: & oē q̄rtū in qnta: & oē qntū in sexta & reliq̄. Ex qbus patet nō oēs gradus eē æq̃les sed solū q sunt unius uel æq̃liū circuloꝝ: & maioꝝ maiores: minorūqꝫ minores existere.





Orbis plerūq; ꝑ ſphæra accipit & ecōuerſo: unde frequē/
ter terra q̄ ſphærica eſt p orbē ſignificat ut orbis terrarꝝ.
Verꝝ & ſi ſit oīs orbis ſphæra: nō tamē oīs ſphæra eſt or/
bis. Orbis .n. ē ſphæra q̄ duabus terminat ſupficiebus cō/
uexa .ſ. exteriore q̄ ſphæræ eſt neceſſaria: & altera īteriore
& cōcaua. Quod ſi ſint ipſe duæ ſupficies cōcētricæ habē
tes .ſ. unū centrꝝ erit ipſe orbis uniformis & æq̄ ſpiſſitudi/
nis. Sed ſi earū ſint duo centra orbis difformis reperitur
in parte groſſior & in parte gracilior.




A nnulus eſt quandoq; ueluti ex orbe reſectus. Eſt enī cor
pus rotundum centrum: habens concauamq; & conue
xam ſuperficiem: ex quibus aliquādo fit una: tunc enim
annulus ſuperficie comprehenditur.

S unt & aliæ figuræ corporeæ & regulares: & earum q̄ cō/
uexum habent eſt pyramis rotunda atque columna.

I maginatus eſt euclides q; ſphæra cauſetur ex reuolutio/
ne ſemicirculi ſuper chordam ſuam firmiter permanē/
tis donec reuertitur ad locum a quo cæpit circūduci.

S imiliter ſi triangulus rectilineus circūducitur completa
reuolutione ſtante uno ex lateribus conus ſiue pyramis
figuratur rotunda: quæ ſuperficiæ conuexa ad cuſpidem termi
nata: & circulo q̄ eiuſdem baſis dicitur complectitur. de qua re
ſecta cuſpide reſiduum curta pyramis denominatur.




P ariformiter quadrangulo rectangulo circulato formatur colū/
na rotunda uno ex lateribus longioribus permanente.

T impanum uero fixo manente latere breuiore: hocque modo ſi
circumferatur alia figura plana corpus ut intorno artifices faci/
unt fieri contingit.




S unt & figuræ corporeæ quæ rectis tantum ſuperficiebus fiunt:
& earum non eſt numerus. Vltimus ex quibus eſt
Pyramis triangularis quæ quatuor triāgulis clau/
ditur. Et quæ ex quatuor & una quadrangulari ba
ſe uel ex quinque triangulis & baſe pentagona &
eiuſmodi.






I tem & columna laterata: ut ex duobus triangulis
& tribus quadrilateris quæ uocari ſolet corpus ſe/
ratile uel ex ſex quadrilateris ſuperficiebus quæ cū
fuerint æqualia atque quadrata reddunt corpus
cubum. Eſt enim quadratum figura ſuperficialis
æqualium quatuor laterum & quatuor rectorum
angulorum.




Diuisio sphæræ secundum substantiam.

Sphera aũt dupliciter diuidiť: secũdũ substãtiã & secũdũ accidẽs. Secũdũ substãtiã. A. in sphæras decẽ Sphærã decimã: quæ primus motus siue primũ mobile dicitur: & in sphærã nonã quæ secũdum mobile nominatur: cõtraria tamẽ his uerba docent auctoris ista: in sphæras nouẽ scilicet sphæram nonã quæ primus motus: siue primum mobile dicitur. & in sphærã stellarum fixarum q̃ firmamẽtũ nuncupatur: & in septẽ sphæras septẽ planetarum. Quarũ quædam sunt maiores quædam minores secundum q̃ plus uel minus accedunt uel recedunt a firmamẽto. Vnde inter illas sphæra Saturni maxima est. Sphæra uero lunæ minima ꝑut in sequenti figuratione continetur.




Diuisio secundum accidens sphæræ.

Secundum accidens autem diuiditur in sphæram rectam & obliquam. Illi enim dicũtur habere sphæram rectam: qui manent sub æquinoctiali: si aliquis ibi manere possit. Et dicitur recta quoniam neuter polorum magis altero illis eleuatur. Vel quoniam illorum horizon intersecat æquinoctialem & intersecatur ab eodem ad angulos rectos sphærales.




Illi uero dicuntur habere sphæram obliquam quicunq; habitant citra æquinoctialem uel ultra: illis enim supra horizontem alter polorum semper eleuatur: reliquus uero semper deprimitur. Vel quoniam illorum horizon artificialis intersecat æquinoctialem & intersecatur ab eodem ad angulos impares & obliquos.




Que forma sit mundi.

Vniuersalis aũt mũdi machina ĩ duo diuidit̃: ĩ ætherea͂. s. & elemẽtarẽ regionẽ. Elemẽtaris qdẽ alteratiõi cõtinue puia existẽs ĩ q̃tuor diuidit̃. Est. n. terra tanq̃ mũdi cẽtr℞ in medio omniũ sita: circa quã aq̃: circa aquã aer: circa aerẽ ignis illic purus & nõ turbidus orbẽ lunæ attigẽs: ut ait Aristoteles ĩ libro metheoro℞ dicens: sic. n. ea disposuit deus gloriosus & sublimis. Et hæc q̃tuor elemẽta dicunt̃ quæ uicissim a semetipsis alterant̃ corrũpunt̃ & regenerant̃. Sũt aũt elemẽta corpa simplicia: quæ in ptes diuersa℞ forma℞ minime diuidi possunt. Ex quo℞ cõmixtione diuersæ generato℞ spẽs fiũt. Quo℞ triũ quodlibet terrã orbiculariter undiq; circũdat: nisi q̃tũ siccitas terræ humori aquæ obsistit ad uitã animãtiũ tuẽdã. Oĩa etiã pter terrã mobilia existunt quæ ut centr℞ mũdi põderositate sui magnũ extremo℞ motũ undiq; æq̃lr̃ fugiẽs rotũdæ sphæræ mediũ possidet: Circa elemẽtarẽ qdẽ regionẽ æthærea regio lucida a uariatõe oĩ sua ĩmutabili eẽntia ĩmunis existẽs: motu cõtinuo circulariter ĩcedit: & hæc a philosophis qnta nũcupat̃ eẽntia. Cuius nouẽ sũt sphæræ sicut ĩ pximo ptractatũ ẽ. s. Lunæ Mercurii Veneris Solis Martis Iouis Saturni Stella℞ fixa℞ & cæli ultimi. Ista℞ ãt q̃libet supior ĩferiorẽ circũdat. Qua℞ qdẽ duo sũt motus. Vnus ẽ. n. cæli ultimi sup duas axis extremitates. s. polũ arcticũ & antarcticũ ab oriẽte p occidẽtẽ ĩ oriẽtẽ iter℞ rediẽs: quẽ æqnoctialis circulus p mediũ diuidit. Est ẽt alius ĩferio℞ sphæra℞ motus p obliquũ huic oppositus sup axes suos distantes a primis. xxiii. gradibꝫ: &. xxxiii. minutis. Sed primus motus oẽs alias sphæras secũ ĩpetu suo rapit ĩfra diẽ & noctẽ circa terrã semel: illis tamẽ cõtra nitẽtibus: ut A. Nona sphæra ĩ. cc. ãnis gradu uno: &. xxviii. minutis fere secũ tali motu octauã sphærã & oẽs auges planeta℞ pter lunæ secũ scd̃m lõgitudinẽ rapiẽs: & iõ scd̃m mobile appellat̃: cui cõtrariã uerba auctoris st̃: hæc octaua sphæra ĩ. c. annis gradu uno. Hũc siqdẽ motũ scd̃m diuidit p mediũ zodiacus: sub quo qlibet plãeta℞ sphærã hẽt ppriã ĩ q̃ desert̃ pprio motu cõtra cæli ultimi motũ: & ĩ diuersis spaciis tẽpo℞ ipsum metit̃: ut nona sphæra ĩ. xlix. milibus ãnis. Octaua sphæra pprio motu. s. trepidatiõis ĩ. vii. milibus ãnis. Saturnus ĩ. xxx. ãnis. Iupiter ĩ. xii. Mars in duobus. Sol in. ccclxv. diebus & fere sex horis. Venus & Mercurius fere silr̃. Luna uero ĩ. xxvii. diebus & octo horis.




DE cæli reuolutione.

Quod aũt cælũ uoluat̃ ab oriẽte ĩ occidẽtẽ ſignũ ẽ. Stellæ q̃ oriunt̃ ĩ oriẽte: ſemp eleuant̃ paulatĩ & ſucceſſiue quouſq; ĩ mediũ cæli ueniãt: & ſũt ſp ĩ eadẽ ꝓpinq tate & remotõe adiuicẽ: & ita ſp ſe habẽtes tẽdũt ĩ occaſũ cõtinue & uniformi/ter. Eſt & aliud ſignũ. Stellæ q̃ ſt̃ iuxta polũ arcticũ: q̃ nobis nũq̃ occidũt: mouẽt̃ cõtĩue & uniformiter circa polũ d̃ſcribẽdo circulos ſuos: & ſp ſt̃ ĩæq̃li diſtãtia adĩuicẽ & ꝓpĩqtate. Vnde p iſtos duos motus cõtĩuos ſtellaꝝ tã tẽdẽtiũ ad occaſũ q̃ nõ: patet ꝙ firmamẽtũ mouet̃ ab oriẽte ĩ occidẽtẽ.



DE cæli rotũditate.


Quod ãt ſit cælũ rotũdũ: triplex ẽ rõ: ſilitudo: cõmoditas: & neceſſitas. Silĩtudo. n. quoniã mũdus ſẽſibilis fcũs ẽ ad ſilĩtudinẽ mũdi archetypi: ĩ quo nõ ẽ prĩcipiũ neq; finis. Vnde ad huius ſilĩtudinẽ mũdus ſẽſibilis hẽt formã rotũdã: ĩ q̃ nõ ẽ aſſignare prĩcipiũ neq; finẽ. Cõmoditas: qa oĩum corpoꝝ hyſopimetroꝝ ſphæra maxima ẽ: oĩum ẽt formaꝝ rotũda ẽ capaciſſima: quoniã igit̃ maximũ & rotũdũ: iõ capaciſſimũ: unde cũ mũdus oĩa cõtineat: talis forma fuit illi utilis & cõmoda. Neceſſitas: quoniã ſi mũdus eẽt alterius formæ q̃ rotũdæ. ſ. trilateræ uel q̃drilateræ uel multilateræ ſeq̃rent̃ duo ĩpoſſibilia. ſ. ꝙ aliqs locus eẽt uacuus: & corpus ſine loco: quoꝝ utrũq; falſũ eſt: ſicut patet ĩ angulis eleuatis & circũuolutis. Itẽ ſicut dicit Alfraganus ſi cælũ eẽt planũ: aliq̃ ps cæli eẽt nobis ꝓpinqor alia: illa. ſ. q̃ eẽt ſupra caput nr̃m: igr̃ ſtella ibi exiſtẽs eẽt nobis ꝓpinqor q̃ exiſtẽs ĩ ortu uel occaſu: ſed quæ nobis ꝓpinqora ſũt maiora uident̃. ergo ſol uel alia ſtella exiſtẽs ĩ medio cæli maior uideri deberet q̃ exiſtẽs ĩ ortu uel occaſu: cuius cõtrariũ uidemus cõtĩgere. Maior. n. apparet ſol uel alia ſtella exiſtens ĩ oriẽte uel occidẽte q̃ ĩ medio cæli: ſed cũ rei ueritas ita nõ ſit: huius apparẽtiæ cã ẽ: ꝙ ĩ tpe hyemali uel pluuiali qdã uapores aſcẽdũt ĩter aſpectũ nr̃m & ſolẽ uel aliã ſtællã & cũ illi uapores ſint corpus diaphanũ diſgregãt radios nr̃os uiſuales: ita ꝙ nõ cõpræhẽdũt rẽ ĩ ſua naturali & uera q̃titate: ſicut patet de denario ꝓiecto ĩfũdo aq̃ lympidæ q pp ſimilẽ diſgregationẽ radioꝝ appet maioris q̃ ſuæ ueræ q̃titatis.






Quod terra ſit rotũda.

Quod etiã terra ſit rotũda ſic patet. Signa & ſtellæ nõ æq̃lr̃ oriunt̃ & occidũt oĩbus hoĩbus ubiq; exiſtẽtibus: ſed prius oriunt̃ & occidũt illis q ſũt uerſus occidentẽ uel uerſus oriẽtẽ. & ꝙ citius & tardius oriunt̃ & occidũt qbuſdã: cã ẽ tumor terræ: quod bene patet p ea q̃ fiũt ĩ ſublimi. Vna. n. & eadẽ eclypſis lunæ numero q̃ apparet nobis ĩ prima hora noctis: apparet orientalibus circa horã noctis tertiã. Vnde cõſtat ꝙ prius fuit illis nox & ſol prius eis occidit q̃ nobis. Cuius rei cã eſt tãtũ tumor terræ. ꝙ terra ẽt hẽat tũoroſitatẽ a ſeptẽtriõe ĩ auſtꝝ: & ecõtra ſic patet. Exiſtẽtibꝫ uerſus ſeptẽtrionẽ q̃dã ſtellæ ſt̃ ſẽpiternæ appitõis. ſ. q̃ ꝓpĩq acce



dũt ad polũ arcticũ. Aliæ uero sũt sẽpiternæ occultatõis sicut illæ q̃ sᵗ ꝓpinq̃ polo ãtarcti co. si igr̃ aliqs ꝓcederet a septẽtrione uersus austꝝ: ĩtãtũ posset ꝓcedere: ꝙ stellæ q̃ prius erãt ei sẽpiternæ appitõis: ei iã tẽderẽt ĩ occa sum: & q̃to magis accederet ad austꝝ: tanto plus mouerẽᵗ ĩ occasũ. Ille iterꝝ idẽ hõ iã pos set uidere stellas q̃ prius fuerant ei sẽpiternæ occultatõis. Et ecõuerso cõtigeret alicui ꝓce dẽti: ab austro uersus septẽtrionẽ. huius aũt rei cã ẽ tãtũ tũor terre. Itẽ si terra eẽt plana ab oriẽte ĩ occidẽtẽ: tã cito orirẽᵗ stellæ occidẽta libꝫ q̃ oriẽtalibꝫ: qd patet eẽ falsũ. Itẽ si terra eẽt plana a septẽtriõe ĩ austꝝ & ecõtra: stellæ quæ essent alicui sempiternæ ap paritiõis: sp apperẽt ei quocũq ꝓcede ret: qđ falsũ ẽ. Sed ꝙ plana sit pre nimia eius q̃titate hoĩum uisui apparet.



Quod aqua sit rotũda.

Quod ãt aq̃ hẽat tũorẽ & accedat ad rotũ ditatẽ sic patet. Põatᵗ signũ ĩ littore ma ris & exeat nauis a portu: & ĩtãtũ elõgetᵗ ꝙ oculus existẽs iuxta pedẽ mali nõ pos sit uidere signũ. Stãte uero naui oculus eiusdẽ existẽtis ĩ sũmitate mali. bene ui debit signũ illud. Sed oculus existẽtis iu xta pedẽ mali me lius đberẽt uidere signũ q̃ q ẽ ĩ sũmi tate: sicut patet ꝑ lineas ab utroq ad signũ: & nulla alia huius rei cã ẽ q̃ tũor aq̃. Exclu dãtᵗ. n. oĩa alia ĩpe dimẽta: sicut nebulæ & uapores ascẽdẽtes. Itẽ cũ aq̃ sit corpꝫ hõgeneũ: totũ cũ p tibꝫ eiusdẽ erit rõis: sed ptes aq̃: sicut ĩ guttulis & roribꝫ herbaꝝ accidit: rotũdã naturalr̃ appetũt formã: ergo & totũ cuius sᵗ ptes.



Quod terra sit centꝝ mũdi.

Quod ãt terra sit ĩ medio firmamẽti sita sic patet. Existẽtibꝫ ĩ supficie terræ stellæ apparẽt eiusdẽ q̃titatis siue sint ĩ medio cæli: siue iuxta ortũ: siue iuxta occasũ: & hoc quia terra eq̃lr̃ distat ab eis. Si. n. terra magis accederet ad firmamẽtũ ĩ una pte q̃ in alia: aliqs existens ĩ illa pte supficiei terræ q̃ magis accederet ad firmamẽ tũ nõ uideret cæli medietatẽ: sed hoc ẽ cõtra Ptolæmeũ & oẽs phõs dicentes ꝙ

ubicūq; existat homo sex signa oriuntur ei:& sex occidūt:& medietas cæli sem/per apparet ei:medietas uero occultatur.Illud itē est signū ꝙ terra sit tanq̄ cen/trū & pūctus respectu firmamēti:quia si terra esset alicuius q̄titatis respectu fir/mamenti:nō cōtingeret medietatē cæli uideri.Itē si ītelligat̄ sup̄ficies plana sup̄ centrū terræ diuidēs eā in duo æq̄lia:& p̄ cōsequēs ipsū firmamentū:oculus igit̄ existēs ī cētro terræ uideret medietatē firmamēti.Idēq; existēs in sup̄ficie terræ uideret eādē medietatē.Ex hiis colligit̄ ꝙ īsēsibilis ē q̄titas terræ q̄ ē a sup̄ficie ad cētrū:& p̄ cōsequēs q̄titas totius terræ īsensibilis ē respectu firmamēti.Dicit etiā Alfraganus ꝙ minima stellarū fixarū uisu notabiliū maior est tota terra:sed ipsa stella respectu firmamēti est q̄si pūctus:multo igit̄ fortius terrā cū sit minor ea.

DE immobilitate terræ.

Quod autē terra in medio omniū īmobiliter teneat̄:cū sit summe grauis:sic per/suadere uidet̄ esse eius grauitas.Omne enim graue tendit naturaliter ad centrū. Centrū quidē pūctus est in medio firmamēti:terra igit̄ cū sit summe grauis:ad punctū illū naturaliter tendit.Item quicquid a medio mouet̄ uersus circūferen tiā cæli ascēdit:terra a medio mouet̄ ergo ascendit:quod ꝓ īpossibili relinquit̄.

DE quantitate absoluta terræ.


Totius aūt terræ ambitus auctoritate Ambrosii Theodosii Macrobii & Euriste/nis philosophorū:ducenta &.lii.milia stadia cōtinere diffinit̄. Vnicuiq; quidem ccclx.partiū zodiaci septingenta deputando stadia.Sumpto enim astrolabio in stellatæ noctis claritate per utrūq; mediclinii foramen polo perspecto notetur graduū multitudo in qua steterit mediclinīū:deinde ꝓcedat cosmimetra dire/cte cōtra septentrionem a meridie donec in alterius noctis claritate uiso ut pri/us polo steterit altius uno gradu mediclinīū:post hoc mensus sit huius itineris spatiū & inueniet̄ septīgentorū stadiorū:deīde datis unicuiq;.ccclx.gradibus:tot stadiis terreni orbis ambitus inuentus erit.Ex his aūt iuxta circuli & diametri regulā:terræ diameter sic īueniri poterit.Aufer uigesimāsecundā partem de cir cuitu terræ:& remanentis tertia pars:hoc est octīgenta &.clxxxi.stadia & semis & tertia unius stadii erit terreni orbis diamiter siue sp̄issitudo.

DE circulis.Ex quibus sphæra materialis cōponitur:& illa supercælestis quæ per istam imaginatur componi intelligitur. Capitulum secundum.



Orum autem circulorū:quidam sunt maiores:quidam minores ut sensui patet.Maior enim circulus in sphæra dicitur qui descri/ptus in superficie sphæræ super eius centrū transiens diuidit sphæ ram in duo æqualia.Minor uero qui descriptus ī superficie sphæ ræ eam non diuidit in duo æqualia:sed in portiones inæquales. Inter circulos uero maiores primo dicendum est de æquinoctia/li.Est igitur æquinoctialis circulus quidem diuidens sphæram in duo æqualia secundū quālibet sui partē æquidistans ab utroq; polo.Et dicit̄ æquinoctialis: quoniā quando sol transit p̄ illū:quod est bis in anno:in prīcipio Arietis scilicet & in principio libræ:est æqnoctiū in uniuersa terra.Vnde etiā appellat̄ æquator


diei & noctis:quia adæq̄t dié artificialem nocti. Et dicit̃ cingulus primi motus. Vnde sciendum ꝙ primus motus dicitur motus primi mobilis:hoc est nonæ sphæræ siue cæli ultimi qui est ab oriente per occidenté rediens iterum in oriétem:qui etiá dicit̃ motus rationalis:ad similitudiné motus rõnis qui est in microcosmo. idest in hoíe. s. quádo fit cõsideratio a creatore per creaturas in creatoré ibi sistendo. Secũdus motus firmaméti & planetaꝝ contrarius huic est ab occidente per orienté iteꝝ rediens in occidenté. qui motus dicit̃ irrõnalis siue sensualis:ad similitudiné motus microcosmi. qui est a corruptibilibus ad creatoré iteꝝ rediens ad corruptibilia. Dicitur ergo cingulus primi motus:quia cingit siue diuidit primũ mobile:scilicet sphærá decimá noná í duo æqualia æquidistans a polis mũdi. Vnde notandũ ꝙ polus mũdi qui nobis semp̱ apparet:dicitur polus septentrionalis:arcticus:uel borealis. Septétrionalis dicitur a septétrione:hoc est minori ursa:qui dicitur a septé & trion quod est bos:quia septé stellæ quæ sunt in ursa tarde mouétur ad modũ bouis:cũ sint ꝓpinquæ polo. Vel dicũtur ille septé stellæ septentriones:quasi septé teriones:eo ꝙ terũt partes circa polũ. Arcticus quidé dicitur ab arctos quod est maior ursa. Est. n. iuxta maiorem ursam. Borealis uero dicitur:quia est in illa parte a qua uenit boreas. Polus uero oppositus dicitur antarcticus:quasi contra arcticũ positus. Dicitur & meridionalis quia ex parte meridiei est. dicitur etiá australis:quia est í illa parte a qua uenit auster. Ista igitur duo puncta in firmamento stabilia: dicuntur poli mundi:quia sphæræ axem terminát:& ad illos uoluitur mũdus:quorum unus semper nobis apparet: reliquus uero semp̱ occultatur. Vnde Virgilius in primo georgicoꝝ. Hic uertex nobis semp̱ sublimis:at illũ Sub pedibus stix atra uident manesq́ꝫ profundi.



DE zodiaco circulo.

Est alius circulus in sphæra qui intersecat æquinoctialem & intersecatur ab eodem in duas partes æquales:& una eius medietas declinat uersus septentrioné: alia uersus austrũ. & dicitur iste circulus zodiacus a zoe quod est uita:quia secũdum motũ planetaꝝ sub illo est omnis uita in rebus inferioribus. Vel dicitur a zodion quod est animal:quia cũ diuidat̃ in. xii. partes æquales:quælibet pars appellatur signũ:& nomen habet speciale a nomine alicuius animalis:propter proprietaté aliquá conuenienté tam ipsi q̄ animali. Vel propter dispositioné stellaꝝ fixaꝝ in illis partibus ad modũ huiusmodi animaliũ. Iste uero circulus latine dicitur signifer:quia fert signa:uel quia diuiditur in ea. Ab Aristotele uero in libro de generatione & corruptione dicitur circulus obliquus ubi dicit ꝙ secun

dum accessum & recessum solis in circulo obliquo fiunt generationes & corru ptiones in rebus īferioribus. Nomina autem signorum. ordinatio & numerus in his patent uersibus. Sunt aries taurus gemini cancer leo uirgo. Libraq; scor/ pius architenens caper amphora pisces. Quodlibet autem signum diuiditur in xxx. gradus. Vnde patet q; in toto zodiaco sunt. ccclx. gradus. Secundum autem astronomos iterum quilibet gradus diuiditur in. lx. minuta: quodlibet minu/ tū i. lx. secūda: quodlibet secūdū i. lx. tertia: & sic deīceps usq; ad. x. & sicut diuidi tur zodiacus ab astronomo: ita & quilibet circulus ī sphæra: siue maior siue mi nor in partes consimiles. Cum omnis etiam circulus in sphæra preter zodiacū intelligatur sicut linea uel circūferentia: solus zodiacus ītelligitur ut superficies habens in latitudine sua. xii. gradus. de cuiusmodi gradibus iam locuti sumus. Vnde patet q; quidam mentiuntur in astrologia dicētes signa esse quadrata: ni/ si abutentes nomine idem appellent quadratum & quadrāgulum. Signū enim habet. xxx. gradus in longitudine. xii. uero in latitudine. Linea autem diuidens zodiacum in circuitu: ita q; ex una parte sui relinquat sex gradus: & ex alia parte alios sex: dicitur linea ecliptica: quoniam quando sol & luna sunt linealiter sub illa: contingit eclipsis solis aut lunæ. Solis: ut si fiat nouilunium & luna interponatur re/ cte inter aspectus nostros & corpus solare Lunæ: ut in plenilunio: quando sol lunæ opponitur diametraliter. Vnde eclipsis lu næ nihil aliud est: q̄ interpositio terræ in/ ter corpus solis & lunæ. Sol quidem sem/ per decurrit sub ecliptica: omnes alii pla/ netæ declinant uel uersus septentrionem: uel uersus austrum: quandoque aūt sunt sub ecliptica. Pars uero zodiaci quæ decli/



nat ab æquinoctiali uersus septentrionem dicitur septentrionalis: uel borealis uel arctica. Et illa sex signa quæ sunt a principio arietis usque in finem uirginis dicuntur signa septentrionalia uel borealia. Alia pars zodiaci quæ declinat ab æquinoctiali uersus meridiem dicitur meridionalis uel australis uel antarcti/ ca. Et sex signa quæ sunt a principio libræ usque in finem piscium dicuntur me ridionalia uel australia. Cum autem dicitur q; in ariete est sol uel in alio signo: sciendum q; hæc prepositio. in. sumitur pro sub secundum q; nunc accipimus signum. In alia autem significatione dicitur signum pyramis quadrilatera: cu/ ius basis est illa superficies quam appellamus signum: uertex uero eius est in cen tro terræ. Et secundum hoc proprie loquendo possumus dicere planetas esse in signis. Tertio mōdicit signū ut ītelligant sex circuli trāseūtes sup polos zodiaci & p pricipia. xii. signo*rum*. Illi sex circuli diuidūt totā supficiē sphæræ i. xii. ptes la/

tas in medio:artiores uero iuxta polos zodiaci:& q̄libet pars talis dicit̃ ſignũ & nomẽ habet ĩ ſpẽa noĩe illius ſigni quod ĩtercipit̃ inter ſuas duas lineas.Et ſecũdum hãc acceptionẽ:ſtellæ quæ ſunt iuxta polos dicũtur eſſe in ſignis.Itẽ intelligatur corpus quoddã:cuius baſis ſit ſignũ:ſecundum ꝙ nunc ultimo accepimus ſignũ.acumen uero eius ſit ſuper axem zodiaci.Tale igitur corpus in quarta ſignificatione dicitur ſignũ.Secundũ quã acceptionẽ totus mundus diuiditur in.xii.partes æquales quæ dicuntur ſigna:& ſic quicquid eſt in mundo eſt in aliquo ſigno.


DE duobus coluris.

Sũt autem alii duo circuli maiores ĩ ſphæra qui dicuntur coluri:quorum officiũ eſt diſtĩguere ſolſtitia & æquinoctia. Dicit̃ autẽ colurus a colõ grece quod eſt membrũ:& uros quod ẽ bos ſilueſter: quia queadmodũ cauda bouis ſilueſtris erecta quæ eſt eius mẽbrũ facit ſemicirculũ & nõ perfectũ:ita colurus ſemꝑ apparet nobis imꝑfectus quoniã ſolũ una eius medietas apparet:alia uero nobis occultat̃.Colurus igit̃ diſtĩguẽs ſolſtitia trãſit ꝑ polos mũdi:& polos zodiaci:& maximas ſolis declinatões:hoc ẽ ꝑ primos gradus cãcri & capricorni.Vnde primus pũctus cãcri ubi colurus iſte ĩterſecat zodiacũ:dicit̃ pũctus ſolſtitii æſtiualis:quia quãdo ſol ẽ in eo:ẽ ſolſtitiũ æſtiuale:& nõ põt ſol magis accedere ad zenith capitis nr̃i.Eſt aũt zenith pũctus in firmamẽto directe ſuprapoſitus capitibus nr̃is.Arcus uero coluri qui ĩtercipit̃ inter pũctũ ſolſtitii æſtiualis & æquinoctialẽ: appellat̃ maxima ſolis declinatio.Et ẽ ſecũdũ Ptolæmeũ.xxiii.graduũ:&.li.minutoꝝ Secũdũ Almeonẽ uero.xxiii.graduũ.& xxxiii. minutoꝝ.Silr̃ primus pũctus capricorni:ubi idẽ colurus ex alia ꝑte ĩterſecat zodiacũ dicit̃ pũctus ſolſtitii hyemalis :& arcus coluri ĩterceptus ĩter pũctũ illũ & æquinoctialẽ dicit̃ alia maxima ſolis decliatio & ẽ æq̄liſ priori.Alter quidẽ colurus trãſit ꝑ polos mũdi:& ꝑ prima pũcta arietis & libræ.ubi ſũt duo æquinoctia.unde appellat̃ colurus diſtigues æquinoctia.Iſti aũt duo coluri ĩterſecãt ſeſe ſuꝑ polos mũdi ad angulos rectos ſphæraleſ.Signa quidẽ ſolſtitioꝝ & æquinoctioꝝ patẽt hiſ uerſibuſ. Hec

duo solstitia faciút cácer capricornus. Sed noctes æquát aries & libra diebus.

DE meridiano & horizonte.


S unt iteꝝ duo alii circuli maiores in sphæra. scilicet meridianus & horizon. Est aút meridianus: circulus quidá trásiens per polos múdi: & per zenith capitis nostri. Et dicit meridianus: quia ubicúq; sit homo: & in quocúq; tépore anni quádo sol motu firmamenti puenit ad suú meridianú est illi meridies. Cósimili ratione dicit circulus mediæ diei. Et notádú ꝙ ciuitates: quaꝝ una magis accedit ad orieté q̃ alia: habét diuersos meridianos. Arcus uero æqnoctialis íterceptus íter duos meridianos dicit longitudo ciuitatú. Si aút duæ ciuitates eúdem habeant meridianú túc æqualiter distát ab oriente & occidente. Horizon uero est circulus diuidens íferius hemispeiú a superiori. Vnde appellat horizon. i. terminator uisus. Dicit etiam horizon circulus hemisphærii. Est aút duplex horizon: rectus & obliquus siue decliuis. Rectú horizonta. & sphærá rectá habét illi quoꝝ zenith ést in æquinoctiali: quia illoꝝ horizon est circulus trásiens ꝑ polos múdi diuidens æquinoctialé ad angulos rectos sphærales: unde dicit horizon rectus: & sphæra recta. Obliquú horizóta siue decliué: habét illi quibus polus múdi eleuatur supra horizonté: quoniá illoꝝ horizon ítersecat æquinoctialem ad angulos ípares & obliquos. unde dicit horizon obliquus: & sphæra obliqua siue decliuis. Zenith aút capitis nostri semper est polus horizontis. Vnde ex his patet ꝙ quáta est eleuatio poli múdi supra horizonté: táta est distátia zenith ab æquinoctiali. quod sic patet. Cú in quolibet die naturali uterq; colurus bis iúgatur meridiano: siue idé sit quod meridianus: quicquid de uno ꝓbatur & de reliquo. Sumatur igitur quarta pars coluri distinguentis solstitia quæ est ab æquinoctiali usq; ad polum mundi. Sumatur iteꝝ quarta pars eiusdem coluri quæ est a zenith usq; ad horizonté: cum zenith sit polus horizótis. Istæ duæ q̃rtæ cú sint quartæ eiusdem circuli: íter se sunt æquales. Sed si ab æqualibus æqualia demantur uel idem cómune: residua erút æqualia. Dempto igitur communi arcu scilicet qui est íter zenith & polum mundi residua erunt æqualia scilicet eleuatio poli mundi supra horizontem: & distantia zenith ab æquinoctiali.



DE quatuor circulis minoribus.


D icto de sex circulis maioribus dicendum est de quatuor minoribus. Notandum igitur ꝙ sol existens in primo puncto cancri: siue in puncto solstitii æstiualis: raptu firmamenti describit quédam circulú qui ultimo descriptus est a sole ex parte poli arctici. Vnde appellatur circulus solstitii æstiualis ratione supe-

rius dicta:uel tropicus æstiualis a tropos quod est conuersio:quia tunc sol inci/ pit se conuertere ad inferius hemisphæriũ & recedere a nobis. Sol itez existens in primo puncto capricorni siue solstitii hyemalis:raptu firmamenti describit quẽdã circulũ qui ultimo describitur a sole ex parte poli antarctici. Vnde appel/ latur circulus solstitii hyemalis siue tropicus hyemalis:quia tunc sol conuerti/ tur ad nos. Cum aũt zodiacus declinet ab æquinoctiali:& polus zodiaci decli/ nabit a polo mundi. Cum igitur moueatur octaua sphæra:& zodiacus qui est pars octauæ sphæræ mouebitur circa axem mundi:& polus zodiaci mouebi/ tur circa polũ mundi. Iste igitur circulus quẽ describit polus zodiaci circa polũ mũdi arcticũ:dicitur circulus arcticus. Ille uero circulus quẽ describit alter po/ lus zodiaci circa polũ mundi antarcticũ:dicitur circulus antarcticus. Quãta est etiã maxima solis declinatio scilicet ab æquinoctiali:tanta est distantia poli mũ di ad polũ zodiaci:quod sic patet. Sumatur colurus distinguens solstitia qui trã sit per polos mũdi:& per polos zodiaci. Cũ igitur omnes quartæ unius & eius/ dẽ circuli ĩter se sint æquales:quarta huius coluri:quæ est ab æquinoctiali usq; ad polũ mũdi erit æqualis quartæ eiusdẽ coluri:quæ est a primo puncto cancri usq; ad polũ zodiaci. Igitur ab illis æqualibus dẽpto cõmuni arcu qui est a pri/ mo pũcto cãcri usq; ad polum mũdi:residua erũt æqualia:scilicet maxima solis declinatio:& distãtia poli mũdi ad polũ zodiaci. Cum aũt circulus arcticus secũ dum quãlibet sui partẽ æquidistet a polo mũdi:patet ꝙ illa pars coluri quæ est inter primũ punctũ cancri & circulũ arcticũ fere est dupla ad maximã solis de/ clinationẽ:siue ad arcũ eiusdẽ coluri qui ĩtercipitur inter circulũ arcticũ & polũ mũdi arcticũ:qui etiã arcus æqualis est maxime solis declinationi. Cũ enim co/ lurus iste sicut alii circuli in sphæra sit. ccclx. graduũ:quarta eius erit. lxxxx. gra/ duũ. Cum igitur maxima solis declinatio secũdum Ptolemæũ sit. xxiii. graduũ



& . li. minutoz:& totidẽ graduũ sit arcus qui est ĩter circulũ arcticũ & polũ mũdi arcticum: si ista duo simul iuncta:quæ fere faciunt. xlviii. gradus:subtrahãt̃ a. lxxxx. residuũ erit. xlii. gra dus:q̃tus ẽ arcus coluri:qui est inter primũ pũ ctum cancri & circulum arcticum:& sic patet ꝙ ille arcus fere duplus est ad maximam solis declinationem. Notandum ꝙ æquinoctialis cũ quatuor circulis minoribus dicuntur quin q; paralelli quasi æquidistantes:non quia quã/ tum primus distat a secundo:tantũ secundus distet a tertio:quia hoc falsum est sicut iam pa tuit:sed quia quilibet duo circuli simul iuncti secundum quãlibet sui partem æquidistãt abinuicẽ:& dicuntur paralellus æqnoctialis:paralellus solstitii æsti ualis:paralellus solstitii hyemalis:paralellus arcticus:& paralellus antarcticus. Notãdum etiam ꝙ quatuor paralelli minores:scilicet duo tropici:& paralellus

arcticus:& paralellus antarcticus distinguunt in cælo quinq; zonas siue regio/
nes. Vnde Virgilius in georgicis. Quinq; tenēt cælum zonę: quarū una corusco
sēper sole rubēs:& torrida semp ab igni. Distīguūtur etiā totidē plagæ in terra
directe prædictis zonis suppositæ. Vnde Ouidius primo methamorphoseorū.
Totidemq; plagæ tellure præmūtūr. Quarū quæ media est non est habitabilis
æstu. Nix tegit alta duas: totidē iter utrasq; locauit: Tēperiēq; dedit mixta cū fri
gore flāma. Illa igit̄ zona quæ est īter duos tropicos dicit̄ īhabitabilis ꝓpter ca/
lorē solis discurrētis semper īter tropicos.
Similiter plaga terræ illi directe supposita
dicitur īhabitabilis ꝓpter calorē solis dis/
currētis sup illā. Illæ uero duæ zonæ quæ
circūscribūtur a circulo arctico:& circulo
antarctico circa polos mūdi: īhabitabiles
sūt ꝓpter nimiā frigiditatē: quia sol ab eis
maxime remouet̄. Similiter ītelligēdū est
de plagis terræ illis directe suppositis. Illæ
aūt duæ zonæ quarū una est inter tropicū
æstiualē & circulū arcticū:& reliqua quæ
ēst īter tropicū hyemalē & circulū antar/
cticū: habitabiles sūt:& temperatæ calidi/
tate torridæ zonæ existentis inter tropi/
cos:& frigiditate zonarum extremarum quæ sunt circa polos mundi. Idem in/
tellige de plagis terræ illis directæ suppositis.



DE karacteribus sphæræ decimæ uel nonæ & stellationibus octauæ.

Attēde diligēter & credas quoniā est sentētia cōmunis sapientū in astronomia ut
supra claruit: ꝗ nō solū ecliptica ītelligat̄ in sphæra octaua & zodiacus: sed etiā ī
sphæra nona & decima: eo modo diuisus ī duodecim partes ꝗtū in lōgitudine
scribunt in tabulis sunt æquationes ac si semper fuisset centrum epicycli in intersectiõe circuli æquãtis cũ deferẽte:& paulo ĩferius.Quare oportet:inqt q tria paria sint minutorum ,pportiõaliũ scilicet minuta ,pportõalia ad lõgitudinẽ lõgiorẽ:& sũt excessus lineæ exeũtis a cẽtro terræ ad cẽtrum epicycli ipo existẽte ĩ auge deferẽtis ad lineã exeũtẽ ab eodẽ centro terræ ad ĩtersectionẽ circulorum:excessus dico diuisus ĩ.lx.ptes.Quid de his uerbis tibi uisũ est?V.æq̃tiões argumentorum ĩ tabulis scriptæ nõ sũt ad huiusmodi ĩtersectionẽ circulorum cõputatæ queadmodũ ipe dicit:uerum potius scd̃m mentẽ Ptolæmei ad eũ sitũ cẽtri epicycli ubi distãtia eius a cẽtro mũdi æq̃lis est semidiametro deferẽtis:quã ipe ĩ.lx.æquas ptes more suo diuisit.Nã si recte numeraueris æq̃tio argumẽti maxima quæ accidit centro epicycli existẽte in pdicta ĩtersectõe.xxi.gradus &.xxv.minuta nõ excedit:ea aũt quã habẽt tabulæ.xxii.gradus & duo minuta cõplectit.Dũ enĩ centrum epicycli ab auge æquãtis medio cursu suo distat per gradus.lviii.& minuta.xx.fere:ipsũ cõstituit in ĩtersectõe circulorum deferẽtis & æquãtis.Tũc aũt distãtia eius a cẽtro mũdi habet partes.lxi.q̃les.lx.sũt in semidiametro deferẽtis & ĩsup minuta.xxxvii. unius partis.Hæc oĩa qsq3 sciam triãgulorum planorum habẽs facile cõfitebit.C.De minutis aũt ,pportõalibus qd?V.Duplr peccat:partim qdẽ q ipsa minuta ,pportionalia p excessus linearum ueluti ĩ aliis planetis:nõ æq̃tionũ argumẽti maximarum siue relatiuarum cõsiderat:partĩ uero q sitũ epicycli in ĩtersectõe supra memorata ĩ hisce minutis ,pportiõalibus extrahẽdis obseruat:cũ ĩ eo situ potius statuẽdus sit epicyclus ubi a cẽtro mũdi.lx.memoratis ptibus remouet:& ad æq̃tiões argumẽtorum ibi cõtigẽtes referẽdæ sint binæ æq̃tiões:quæ ĩ maxima & minima cẽtri epicycli a cẽtro mũdi distãtiis accidere solẽt.Sed hæc ĩ breuiario nr̃o abũdius explanata sũt.Quo aũt pacto triplicia minuta ,pportõalia Mercuriũ hr̃e ĩtelligẽdũ sit Georgius meus Purbachius ĩ theoricis suis luculẽtissime docuit.Sed satis iã circa Mercuriũ lusisse uidemur.Nũc ulterius ,pcedẽdũ cẽseo.C.Sane illud præterire nõ libet quod paulo ĩferius sentire uidet:tres lineas æqdistare:quarum una qdẽ ex cẽtro eccẽtrici Solis p centrum Solis:alia uero a cẽtro æquãtis Veneris p cẽtrum epicycli sui ĩcedit:tertia aũt quã uocãt lineã medii motus.Illud enim nõ nisi bis ĩ anno solari accidere ex his quæ ad Mercuriũ supius disseruisti cõcludit.V.Recte qdẽ.Ad sequẽtia demũ legẽda aĩum adhibe.C.Plana uident oĩa.V.An illud silentio prætereũdũ arbitraris?ubi Minuta casus ĩquit dicunt minuta cæli quæ ptrãsit Luna a prĩcipio usq3 ad mediũ eclypsis:si nõ obscurat tota & reliq.C.Hãc tu diffinitionẽ aspnabere?Nunqd ,p suo qsq3 arbitratu rẽ diffinire põt?V.Primis qdẽ artiũ traditoribus id facere licet:cõmentatoribus aũt siue seq̃cibus minime quinimo auctori primario & diffinitiões suas cõformare debẽt & finĩas.C.Ptolæmeũ fortasse imitari debuit?V.Nõ mõ Ptolæmeũ:uerum etiã alios q minuta casus diffiniũt ea quæ ptrãsit luna a prĩcipio usq3 ad mediũ eclipsis superãdo Solẽ ĩ eclipsi qdẽ pticulari:in eclipsi aũt uniuersali ab initio eclipsis usq3 ad prĩcipiũ totalis obscuratõis:ita q minuta casus ĩtelligant esse excessus ille quo motus Lunæ uerus ĩ tpe huiusmodi supat motũ Solis uerum:nõ ipe motus lunæ simplr.Hæc dis-

finitio respondet menti Ptolæmei in sexto libro capitulo septimo magnæ compositōis suæ. Sed & ī oībus tabulis talia scribunť minuta casus. Quáobré ad habédū tp̄s: expositores tabulaꝶ monent ip̄a minuta casus diuidi p̄ supationé Lunæ uerā ī una hora: aut eisdé addi duodecimā sui p̄té & collectū diuidi p̄ motū Lunæ ueꝶ ī hora: quoꝶ neutrū bene pciperet si minuta casus iuxta huius uiri sn̄iam diffinerenť. C. Satis mihi p̄suasū est: neq3 alr̄ sentiédū esse arbitror de minutis dimidiæ moræ qn p̄ supationé nō p̄ motū Lunæ ītegrū diffiniéda sint: atq3 iccirco seqnté lr̄am céseo negligédā: ubi & pp hoc inqt si ista minuta diuidanť p̄ motū Lunæ æqlé ī una hora: ueniet tp̄s ī quo Luna ptrásit ista minuta. V. Recte putas. Ná & si p̄ diuisioné huiusmodi exeat tp̄s ī quo Luna pcurrit ip̄a minuta: nō tamé illud est tp̄s casus aut dimidiæ moræ: sed oportebit minuta huiusmodi diuidi p̄ supationé Lunæ ī hora quéadmodū supra monuimus. Iá pficiscamur ocius hora monet: atq3 res illas leues missas faciamus. C. Vis ad latitudines planetaꝶ trāseā? V. Perplacet: hoc legas primū. C. Et si īquit accipimus declinationé gradus orbis signoꝶ ī quo est Luna & ī eadé hora accipimus latitudiné Lunæ ab orbe signoꝶ. s. a uia solis: & si fuerint ambæ: declinatio. s. & latitudo septétrionales: uel ambæ meridionales: iūgemus utrāq3: & eueniet declinatio Lunæ ab æqnoctiali: & si fuerit diuersæ: subtrahemus minoré de maiori. Silr̄ ī aliis planetis iuenitť declinatio. V. Quis obsecro hæc feret æquo aīo? Cū latitudo qdé sit arcus circuli magni trāseūtis p̄ polos eclipticæ: cétro astri atq3 ip̄a ecliptica īterceptus. Declinatio aūt ī circulo magno p̄ polos æqnoctialis & cétꝶ stellæ ícedéte cōsideraťť: est. n. arcus memorati circuli cétro stellæ & ip̄o æqnoctiali īterceptus. Hi aūt duo circuli sp̄ sūt diuersi: p̄terq̄ astro ī capite cácri aut capricorni existente: tūc nāq3 cōueninut dicti circuli: doctrinaq3 huius uiri locū hét: alibi aūt si posueris stellā declinatio ueri loci eius cū ip̄sa stellæ latitudine si quā héat sp̄ cōcurret ad āgulū. Quáobré ex cōgerie declinatōis & latitudinis p̄dictaꝶ nō cōflabiť arcus unus cōtinuus: unde quoq3 alteꝶ ex altero demi ut declinatio stellæ reliquať friuole qspiā putabit. Quæ oīa si opus esset figuratōe sua aptius declarari posset. C. Omitte figurationé: p̄spicua. n. tua é argumétatio. Ad reliq̄ huius capituli te trāsferto. Sed hoc unū sæpe admiror tabulas biptialis & q̄dripartialis numeri ita abolitas esse ī qbus tamé bonus ille uir oém huius capituli cōsumit sermoné. V. Nō temere tabulas illas aspnanť docti astronomi: quādoqdé a ueritate plurimū absūt: qđ plane cōstabit si latitudines illic elicitas cōferemus ad eas q̄ p̄ tabulas Ptolæmei numeranť. Sed redeamus ad lr̄am. Inter cætera de tabulis latitudinū ait iste: & latitudo q̄ scribiť ī tabulis binarii est distátia ptiū circūferétiæ epicycli a circūferétia eccétrici: distátia dico cōputata uersus uiā solis. C. Quid ibi notádū céses? V. Si ita eét: oporteret cétꝶ planetæ nunq̄ repiri ī supficie eccétrici: Ná apud oé argumentū æq̄tū ī tabula biptialis numeri aliqs poniť numerus: qut ip̄e sétit: distátiā pláetæ ab eccétrico denotat. C. Hoc nimiꝶ seqreť. V. Alia demū audi uerba eius: Inclinaťť át epicyclus ab eccétrico: ita q3 sp̄ erit pláeta īter eclipticā & cétꝶ epicycli: nisi cū centꝶ epicycli sit ī capite uel cauda draconis: tūc enī

epicyclus est directus in eccentrico. Quid tibi uidet? C. Quũ cẽtrũ epicycli semp sit in supficie eccentrici seqt planetã semp esse ĩter duas planicies eclipticæ & eccẽtrici. V. Illud aũt absentaneũ est. Nã ĩ tribus supioribus supficies epicycli semp secat supficiẽ planã eccentrici: ita q ps eius supior qdẽ augẽ epicycli cõtinens ĩter eccentrici & eclipticæ duas supficies cõprehẽdit: reliq uero ps supficiei epicycli plus ab ecliptica remouet q̃ ipa eccẽtrici supficies. Vnde plãetã quoq ĩ hac ĩferiori pte epicycli existentẽ plus ab ecliptica q̃ ipsũ eccẽtricũ remoueri: atq iccirco nõ ĩter eclipticã & supficiẽ eccẽtrici repiri necesse ẽ. Illud deniq falso affirmat cẽtro epicycli ĩ capite uel cauda draconis existẽte: supficiẽ eius directe ĩ supficie eccẽtrici iacere. Sic. n. cẽtro epicycli ĩ altero nodorũ cõstituto planeta extra augẽ uerã epicycli sui uel oppositũ augis existẽs semp latitudinẽ ab ecliptica sortiret: qd' pfcõ falsũ est. Nã teste Ptolæmeo dũ epicyclus ĩ altero nodorũ existit nulla planetæ accidit latitudo ubicũq etiã ĩ epicyclo fuerit: quãobrẽ totã epicycli supficiẽ ĩ plano eclipticæ: nõ eccẽtrici: iacere necesse est: cẽtro epicycli ĩ altero nodorũ existẽte. Sed qd tãtope deliramenta huius hoĩs tractamus? C. Seqntia igit eius placita uideamus. Et quãdo inqt planeta est ĩ auge epicycli tũc maxime declinat a uia Solis: q̃re tũc maxima latitudo repit ĩ tabula. V. Nugæ. Nã maior est latitudo cuiuslibet triũ supiorũ dũ ĩ opposito augis epicycli existit q̃ in ipa auge. Idẽ quoq ueneri & mercurio semp accidit præterq̃ cẽtro epicycli ĩ uẽtre draconis existẽte: ibi. n. aux epicycli & oppositũ eius æq̃les planetæ tribuunt latitudines Ptolæmeo hæc oĩa explanãte. C. Quõ igit ĩ prĩcipio tabulæ binarii maior reperit numerus q̃ ĩ fine? q̃si maior accidat planetæ latitudo in auge epicycli cõstituto q̃ in eius opposito: prĩcipiũ. n. tabulæ augi: finis aũt opposito augis respõdere phibet. V. Numeri q ĩ hac tabula scribunt o amice nõ sunt uerarũ latitudinũ quẽadmodũ & ille paulo ĩferius asseuerabat. Sed officiũ huiuscemodi numerorũ secũdũ mentẽ Azarchelis est diuidere alios & latitudinẽ ipsã elicere. Si aũt diuiseris eũdẽ numerũ p duos ĩæq̃les: maior qdẽ minorẽ elicit numerũ quotiẽs: minor aũt maiorẽ: quod ex uigesimaseptimi elemẽtorũ facile cõuĩcit. Sic maior numerus ĩ capite tabulæ bipartialis numeri oblatus: minorẽ reddet latitudinẽ q̃ minor ĩ fine eiusdẽ. C. Certiorẽ me reddidisti: nihil ĩ hoc capitulo latitudinũ aliud q̃ ineptias apparere & qdẽ ĩtolerabiles. Verũtamẽ: si iubes: seqntẽ eius lrãm pnũciabo. V. Perge ut lubet. C. Et latitudo quæ scribit ĩ tabulis q̃ternarii est distãtia circũferentiæ eccẽtrici a uia Solis: quæ distãtia est paruula cũ est pp nodos: & maxima cũ ĩ remotis locis a nodo p tria signa. V. Nõ obtũdas amplius. Nã ĩ fine huiusce tabulæ q̃dripartialis numeri Saturnus hẽt gradus qnq: & iõ uẽter draconis eius distãs a nodo p q̃drãtẽ circuli: qnq gradibus ab ecliptica remouebit. Quãobrẽ Saturnus ĩ opposito augis epicycli existẽs epicyclo uentrẽ draconis possidẽte hẽbit latitudinẽ maiorẽ qnq gradibus: quod est falsũ: maxima. n. eius latitudo gradus tres & minuta q̃tuor nõ excedit. C. Ergo numeri q scribunt ĩ tabulis nõ sunt uerarũ latitudinũ: siqdẽ nõ ostẽdũt distãtiã partiũ circũferẽtiæ eccentrici ab ecliptica: neq distãtiã partiũ circũferentiæ epicycli ab ipa supficiæ eccentrici. V. Recte cõcludis. Ipse

etiã theoricaꝝ scriptor paulo ĩferius.Cõpositor aũt inqt tabulaꝝ ad ostensionẽ sui magisterii noluit ponere ueros numeros prædictaꝝ latitudinũ ĩ qbus unus subtrahit̃ ab altera semp:& reliq̃.Vbi cõfitet̃ apte numeros ueraꝝ latitudinũ in tabulis cõmemoratis nõ esse descriptos.C.Homo ille uidet̃ extollere ĩgeniũ cõ positoris tabulaꝝ:q̃si opus egregiũ ad latitudines planetaꝝ cõputãdas ediderit Quid igr̃ obstat cur recẽtiores sideralis sciæ studiosi ipsis nõ utunt̃?V.Quid ob stat quæris?Auctoritas Ptolæmei nr̃i ueracissimi:q ĩ libro suo ultimo maximã Saturno numerauit latitudinẽ triũ graduũ & q̃tuor minutoꝝ:p tabulas ãt me/ moratas maximã Saturni latitudinẽ oportet eẽ graduũ q̃tuor & minutoꝝ decẽ septem fere.Ioui deniq; Ptolæmeus tribuit latitudinẽ maximã graduũ duoꝝ & minutoꝝ octo:q secũdũ has tabulas latitudinẽ accipiet maximã graduũ triũ & q̃dragĩta unius minutoꝝ.Mars demũ tabulas dictas nõ ĩiuria aspnabit̃:qppe q Ptolæmeo affirmãte maximã latitudinẽ:borealẽ qdẽ hẽt graduũ q̃tuor & minu toꝝ uigĩtiunius:australẽ uero graduũ.vii.& minutoꝝ.xxx.Ex hisce aũt tabulis æq̃lẽ hic atq; illic ab ecliptica remotionẽ suscipiet.Sed neq; Venus & Mercurius calũniã suã reticebũt:Nã dũ cẽtꝝ epicycli est ĩ auge eccẽtrici:& Venus ĩpã ĩ opposi to augis epicycli p̃dictæ tabulæ latitudinẽ maiorẽ.xiii.gradibus exhibẽt:q̃ tamẽ iuxta mentẽ Ptolæmei nõ erit pluriũ q̃.x.minutoꝝ.Mercurius uero ĩ simili cir/ culoꝝ suoꝝ situ p tabulas qdẽ sæpe dictas hẽbit latitudinẽ maiorẽ.ix.gradibus. In ueritate aũt.xlv.dũtaxat minutis a uia Solis recedet.Hec inq̃ ponẽdo duos no dos æq̃lr̃ a uẽtre draconis distare quẽadmodũ oẽs opinant̃ astronomi.Sic mo/ rosus illæ tabulaꝝ cõpositor Ptolæmeũ neglexit ueracissimũ:quẽ Albategnius pater oĩum q numeros tractãt tabulares imitari studuit.Dũ igit̃ ab auctoribus recedẽs bonus iste uir nouã cõputãdi q̃rit facilitatẽ plurimas effũdit ĩeptias & q/ dẽ absurdissimas.Sed qd iteꝝ ĩ hæc deliramẽta ĩcidimus q̃ iã dudũ missa facere decretũ est:ad lr̃am denuo redeũdũ cẽseo.C.Quid uis legã?V.Quod seqt̃.C.Cũ uero cẽtꝝ epicycli est ĩ nodis nullæ sũt latitudines.tũc.n.directus est epicyclus ĩ eccẽtrico & centꝝ epicycli ĩ uia Solis.V.Iã dudũ illud uerbũ floccifecimus:nõ.n. tũc epicyclus ĩ eccẽtrici supficie iacere solet:sed ĩ plano eclipticæ testimonio Pto læmei cõstituit̃.Veꝝ si nõdũ qescis:ostendã bonũ hũc uiꝝ sibi ĩpi haud q̃q̃ cõsta re.Nã cẽtro epicycli ĩ nodis existẽte dicit nullas esse latitudĩes:cãm subiũgens q epicyclus tũc sit directus ĩ eccentrico.Quod si ita est:seqt̃ oẽ epicycli pũctũ extra eclipticã repiri p̃terq̃ ea quæ sũt ĩ cõi sectõe epicycli & eclipticæ: sicut nullũ eccẽ trici pũctũ ĩ ecliptica est p̃ter ea q̃ ĩ cõi sectõe eccẽtrici & eclipticæ iacẽt.Quãobrẽ cẽtro epicycli ĩ altero nodoꝝ existente planeta nõ priuabit̃ latitudine nisi ĩ auge epicycli aut eius opposito fuerit:hæc.n.duo loca sũt ĩ p̃dicta cõi sectõe.Sed uidea mus qd dicat de motu capitis & caudæ draconis.C.Caput aũt ĩqt & cauda triũ supioꝝ ĩmobilia sũt nisi ad motũ octauæ sphæræ.Caput aũt & cauda Veneris & Mercurii mouent̃ tali pportõe q uerus locus capitis utriusq; distat ab eis sp tã/ tũ q̃tũ & uerus locus capitis scriptus ĩ tabulaꝝ canone:distat a loco q fit ex me/ dio motu Solis & argumẽto istoꝝ æq̃to.V.Fabulæ.Caput.n.& cauda Veneris

& Mercurii in ueritate non mouentur aliter q̃ capita & caude trium superiorꝝ: Ita oẽs sentiũt: cõpositor quoq; sæpe dictaꝝ tabulaꝝ idẽ putasse uidet̃: quando/ qdẽ in canone suo loca capitũ uera pro Venere & Mercurio cõscribit tanq̃ ĩmobilia. Secũdũ nugas aũt huius boni uiri caput Veneris tantũ ferme cõtra succes/ sionẽ signoꝝ q̃tũ stella ipsa in epicyclo respectu augis eius ueræ mouebit̃: dẽpta tamẽ ĩde aut addita nõnunq̃ ipsa æq̃tõe argumẽti. Quod q̃ alienũ a ueritate exi/ stat neminem ignorare arbitror. Idẽ deniq; Mercurio accidere oportebit. Quo aũt illud seq oporteat in figura declarabit̃. Circulus. a. b. c. zodiacũ repræsentet: ubi. a. sit prĩcipiũ arietis. b. locus capitis Veneris: ĩtelligaturq; linea medii motus Solis ad ipsũ. b. pũctũ terminari dũ Venus ipsa in auge epicycli uera existit: quod qdẽ possibile est: cũ illi duo motus nõ habeãt æquales restitutões. Si itaq; colligimus mediũ motũ solis qui est arcus. a. b. cũ argumẽto æquato ueneris: ut formã canonis seq̃mur licet nullũ sit in hoc casu tale argumẽtũ: nõ resultabit nisi arcus a. b. ex quo si detraxerimus ueꝝ motũ capitis: nihil restabit: quãobrẽ stella erit ĩ nodo capitis sci/ licet pũcto. b. Deĩde trãsacto aliq̃to tpe pueniat linea medii motus solis ad punctũ. c. augẽ uide/ licet eccẽtrici ut facilior sit ꝓcessus: sitq; arcus. c. d. similis argumẽto æquato Veneris. Si igit̃ ex toto arcu. a. c. d. q cõstat ex medio solis motu & argumẽto Veneris æquato subtraxerimus arcũ a. b. capitis: relĩquet̃ arcus. b. d. æq̃lis distãtiæ capitis ab ipsa stella iuxta mentẽ huius uiri. Ponat̃ itaq; stella secũdũ ueꝝ eius motũ in pũcto. f. ita ut arcus. c. f. sit similis æq̃tõi argumẽti: quæ qdẽ æq̃tio argumẽti necessario semp minor est ipõ



argumẽto æquato: sitq; arcus. b. e. æqualis arcui. d. f. atq; iccirco per cõem animi cõceptionẽ arcus. f. b. e. æqualis arcui. b. f. d. oportebit igit̃ caput draconis nũc eẽ in pũcto. e. quod prius erat in. b. pũcto. Caput ergo draconis Veneris motũ est cõtra signoꝝ ordinẽ per arcũ. b. e. dr̃iam scilicet argumẽti æquati & æquatõis eius/ dẽ argumẽti: illud quidẽ in quarta parte anni solaris quod est ĩcõueniens maxi/ mũ. Sed ne totũ teramus diẽ in istis somniis anilibus: ad sequẽs capitulũ ꝓpere trãseamus. C. Ita faciundũ cẽseo. Vidistin obsecro aliquas ad Arim cõpositas ta/ bulas? V. Nullas unq̃ uidi: sint ne aũt an nõ ĩcertus sum. C. Mirãdũ tot fuisse cõ/ positores tabulaꝝ (ut asserit ille) ad Arim & nusq̃ eaꝝ offẽdi exẽpla. V. Scio ego Ptolæmeũ qdẽ suas ĩstituisse tabulas ad Alexãdriã quæ nõ est sub æquinoctiali sita neq; media ĩter orientẽ & occidentẽ. Albategniũ aũt ad aratã ciuitatẽ: quẽad modũ ex capitulo primo libri eius trahit̃. Sed neq; Arata ipsa in medio mũdi cõ sistit: cũ sit orientalior Alexãdria decẽ gradibus: latitudinẽq; habeat ab æquino/ ctiali graduũ trigita sex. C. Si placet audiamus opinionẽ huius hoĩs de uarietate altitudinũ Solis in dorso astrolabii & in facie eius acceptaꝝ: ac insuper de motu

augis eius. V. Audiat. C. Quãdiu ĩquit Sol fuerit in medietate eccẽtrici sui quæ maxime remouet a terra scilicet in lõgitudine longiori: magis eleuat allidada in dorso astrolabii in meridie q̃ gradus solis ĩ ræti positus sup almicãtarath ĩ meridie: & ecõtra fit in alia medietate eccẽtrici: & in q̃cũq; die maior erit distãtia iter has duas altitudines: ĩ eadẽ erit Sol ĩ auge eccẽtrici ĩ medietate prima prædicta: qa q̃ta est distãtia tãta est eccẽtricitas: & ẽ duoꝝ graduũ fere. V. Desine desine oro tot huius hoĩs ꝓferre nugas. Nõne si astrolabiũ rite factũ fuerit: punctus eclipticæ: rætis ĩ quo Sol dr̃ eẽ tãtũ ꝓportõalr̃ eleuat in linea meridiana ĩstrumẽti: q̃tũ & pũctus ille cælestis q̃ ꝑ prædictũ repsentat in meridiano habitatiõis. C. Quid ni. V. Cẽtrꝝ aũt Solis est ĩ linea recta quæ ex cẽtro mũdi ad præfatũ eclipticæ pũctũ extẽdit. C. Cõfiteor. V. Oĩa uero pũcta eiusdẽ lineæ ex cẽtro horizõtis ad sublime egrediẽtis: eãdẽ ab ipso horizõte sortiunt altitudinẽ cẽtro tãtũ horizõtis secluso. C. Certũ est. Nã huiusmodi linea unicũ cõplectit angulũ cũ sectõe cõi horizõtis & circuli altitudinis per ipsã memoratã lineã trãseũtis. V. Cẽtrꝝ ergo Solis eã quã punctus eclipticæ cælestis sub quo existit habet altitudinẽ: atq; iccirco tãta est altitudo solis in ueritate q̃tã ostẽdit pũctus eclipticæ ĩstrumẽtalis in linea meridiana. C. Nemo ĩficiabit. Quecũq; enim uni & eidẽ sunt æq̃lia ĩter se quoq; ꝓhibent æq̃lia. V. Sed ĩ dorso astrolabii uera depræhẽdit Solis altitudo: nisi q̃tũ distãtia cẽtroꝝ mũdi & ĩstrumẽti: aut fractio radii solaris uariari põt: quoꝝ alter qdẽ ꝑ nihilo reputãt philosophi q; terra ad orbẽ Solis ĩsensibilẽ ferme habeat magnitudinẽ: alteꝝ uero ꝓpe ĩsensibile esse certis ostẽdit rõnibus. Quãobrẽ duas Solis altitudines ĩ dorso & facie astrolabii depræhẽsas ĩsensibiliter differre: atq; ideo tanq̃ æquales haberi oportebit. C. Aperte delirãtẽ hũc hoĩem cõfutasti. V. Quicquid igit litteræ suæ reliquũ est: corruere oportet. Nã applicatio Solis ad augẽ eccẽtrici sui haud quaq̃ hoc cognoscet ĩdicio: neq; eccẽtricitas ĩnotescet: neq; motus augis in anno percipiet: quas res doctissimũ arabẽ Albategniũ hoc pacto animaduertisse somniat: astrolabio uidelicet tricubitali usũ uel maiores q̃titatis. Sed nescio quẽ tumultũ audire uideor. I obsecro uisũ quid rei sit: ego interea si qua deĩceps notãda sint q̃totius explorabo. C. Ibo ac lubens. V. Id pauculũ quod de aspectibus planetaꝝ sonat tã & si paꝝ in usu sit hodie recte tradit: præsertim astro meridianũ obtinẽte: nã si in horizõte fuerit uel per ascẽsiones obliquas uel per descensiones cæteri astronomi iubẽt ĩuestigari aspectus. In locis aũt mediis per ascẽsiones uel descẽsiones ꝓmiscuas id efficiũt. Sed redit amicus noster. Quid fit? quid agit? C. Cõcurrit undiq;: domini sunt abituri. V. Et nos igit cœpto ludo modũ statuentes exẽplo sequamur oportet. C. Quã cõmode tp̃s illud nostris respõdebat colloquiis adeo ut nihil pene ĩtentatũ reliq̃rimus cũ nihil etiã amplius ocii supersit. V. Pleraq; remissius dicta silẽtio præteriuimus nõ tanq̃ oĩno ꝓbata: sed uel facile moderãda: uel nõ satis digna de quibus sermo haberet: quod & eo cõsultius facere libuit ne aliena quælibet dicta auidius mordere q̃ ueritatẽ ĩquirere uideremur. Iã reliquũ ẽ suũ uterq; larem fœlix reuisat. Saluus igitur sis amicoꝝ dulcissime. C. Et tu recte ualeto.

Theoricæ nouæ planetaꝝ Georgii purbachii astronomi celebratiss. De sole.



Ol habet tres orbes a se īuicē oīquaq; diuisos atq; sibi cōtiguos. Quoꝝ supmus secūdū supficiē cōuexā est mūdo cōcētricus. scdm cōcauā āt eccētricus. Infimus uero scdm cōcauā cōcentricus: sed scdm cōuexā eccentricus. Tertius aūt in hoꝝ medio locatus tā scdm supficiē suā cōuexā q̄ cōcauā est mūdo eccētricus. Dicit aūt mūdo cōcētricus orbis cuius cētꝝ est centꝝ mūdi. Eccētricus uero cuius cētꝝ ē aliud a cētro mūdi. Duo itaq; primi sūt eccētrici scdm qd: & uocāt orbes augē solis deferētes. Ad motū eni eoꝝ aux solis uariat. Tertius uero ē eccētricus simplr: & uocat orbis solē deferēs: ad motū eni eius corpus so


Theorica orbium solis.



lare īfixum sibi mouet. Hi tres orbes duo cētra tenēt. Nā supficies cōuexa supmi & cōcaua īfimi idē cētꝝ habēt qd est mūdi cētꝝ. Vnde tota sphæra Solis sicut & alterius cuiuscūq; planetæ tota sphæra cōcētrica mūdo dr̄ eē. Sed supficies cōcaua supmi atq; cōuexa īfimi una cū utrisq; superficiebus medii unū alid qd cētꝝ eccētrici dicit habent. Mouent āt orbes deferentes augē Solis ꝓpriis motibus ꝓportōalib: ita q; semper strictior pars superioris sit supra latiorem inferioris: & æque cito circūeunt secundum mutationem motus octauæ sphæræ: de quo posterius dicendum erit. Poli tamen huius motus sunt ecliptice octauæ sphæræ. Aux enim eccentrici Solem deferentis in superficie

eiuſdẽ eclipticæ cõtinue reuoluit. Sed orbis ſolare corpus deferens motu ꝓprio ſup ſuo cẽtro.ſ.eccẽtrici regulariter ſecũdũ ſucceſſionẽ ſignoꝝ quottidie.lix.minutis & octo ſecũdis fere de ꝑtibꝫ circũferẽtiæ ꝑ cẽtrꝫ corꝑis ſolaris una reuolutione cõpleta deſcriptæ mouet. Cuius motus poli a polis prioꝝ orbiũ diſtãt:& ſũt termini axis illius orbis.ſ.lineæ eũtis ꝑ cẽtrꝫ eccẽtrici axi orbiũ augẽ deferentiũ æqdiſtãtis. Ex his apparet ꝙ ꝑꝑ motũ orbiũ augẽ deferẽtiũ quẽ habẽt uirtute motus octauæ ſphæræ:axis orbis Solẽ deferẽtis cũ cẽtro circuli eccẽtrici atq polis eiuſdẽ circa axẽ orbiũ augẽ deferẽtiũ: ꝑuorũ circulorũ circũferẽtias deſcribãt ſecundũ ecccẽtricitatiſ q̃titatẽ. Cũ ãt centrꝫ ſolare ad motũ orbiſ ipſũ deferẽtis regulariter ſuꝑ cẽtro eccẽtrici moueat: neceſſe erit ut ſuꝑ quocũq punꝯcto alio irregulariter moueat. Quare ſol ſuꝑ cẽtro mũdi ĩ tꝑibus æq̃libꝫ ĩæq̃les ãgulos & de circũferẽtia zodiaci inæquales arcus deſcribit. Circulus itaq eccẽtricus uel egreſſæ cuſpidis aut egrediẽtis cẽtri dr̃ circulus cuius cẽtrꝫ ẽ aliud a cẽtro mũdi ipſũ tamẽ ãbiẽs. Imaginamur ãt ĩ ſole eccẽtricũ circulũ ꝑ lineã a centro eccẽtrici uſq ad cẽtrꝫ ſolare eũtẽ ſuꝑ cẽtro eccẽtrici regulariter motã una reuolutõe fcã deſcribi:q ſꝑ eſt ꝑs ſuꝑficiei eclipticæ orbis ſignoꝝ octauæ ſphæræ. Aux ſolis ĩ pria ſignificatõe ſiue lõgitudo lõgior ẽ pũctus circũferẽtiæ eccentrici maxĩe a cẽtro mũdi remotus. Et determĩat ꝑ lineã a cẽtro mũdi ꝑ cẽtrꝫ eccẽtrici utriq ductã:q linea augis dr̃. Oppoſitũ augis ſiue lõgitudo ꝓpior ẽ pũctus circũferẽtiæ eccẽtrici maxĩe cẽtro mũdi ꝓpiquus:& ſꝑ augi diametralr̃ opponit. Lõgitudo media ẽ pũctus circũferẽtiæ ĩter augẽ & oppoſitũ augis. Et ĩ ſole deter


Theorica axium & polorum.



minatur per lineam quæ a centro mundi exiens facit rectos angulos cum augis linea. Talia duo tantum in eodem eccentrico reperiuntur.


Linea medii motus Solis est linea a centro mundi ad zodiacum extenta lineæ a centro eccentrici ad centrum solare pertractæ æquidistās. Hæ tamen duæ lineæ bis in anno sunt una ut cum Sol in auge eccentrici uel opposito fuerit. Sicut aūt una earum super centro suo regulariter uoluitur ita alia etiam super suo. Nam semper cum differunt una cū augis linea æquales angulos faciunt. Medius motus Solis est arcus zodiaci ab ariete incipiens secūdum signorum successionem usq; ad lineā medii motus cōputatus. Aux solis in secunda significatiōe est arcus zodiaci ab ariete secundū successionem signorum usq; ad augis lineā Argumentum solis est arcus zodiaci inter augis lineam & lineam medii motus Solis secundum signorum successionē. Hic semper est similis arcui eccentrici iister augē eccētrici & centrū solis secundum successionem cadēti. Ex illo patet ratio q̄ substracta auge Solis in secunda significatōe a solis motu medio aut ab eo cū toto circulo: argumentū Solis remaneat. Linea ueri motus Solis est linea a centro mūdi per centrum corporis solaris ad zodiacū extenta. Quā sole in auge uel opposito existente eandem cum linea medii motus esse contingit. Verus motus Solis est arcus a principio arietis usq; ad ueri motus lineam. Tantum aūt existente Sole in auge uel opposito medius motus & uerus idem sunt. Alibi nāq; semper differunt. Aequatio solis est arcus zodiaci inter lineas medii motus &

Theorica linearum & motuum.



ueri cadens. Hanc nullam esse accidit cum sol in auge uel opposito fuerit. Maior uero quæ potest esse Sole in longitudinibus mediis constituto contingit. In aliis autem locis secundum argumenti uariationem crescit & decrescit. Quanto nanq; uicinior sol augi fuerit uel opposito augis tanto minor est: quanto uero uicinior est longitudinibꝰ mediis tanto maior. Dū argumētū minus sex signis communibus fuerit linea medii motus lineam ueri præcedit: quare tunc æquatio subtrahitur. Sed dum maius sex signis est fit econuerso: quare tunc æq̃tio medio motui coniūgitᵣ ut uerus motus Solis exeat.

Theorica alia linearum & motuum solis sequitur.




DE luna.

LVna habet orbes quattuor & unam sphærulam. Primo enim habet tres orbes sicut sol in figuratione dispositos: scilicet duos eccentricos secundum quid: qui uocantur orbes augem eccentrici lunæ deferentes: & tertium eccentricum simpliciter in horum medio locatum qui deferens epicyclum appellatur. Deinde habet orbem mundo concentricum aggregatum ex tribus aliis ambientem: qui deferēs caput draconis dicitur. Vltimo habet sphærulam quæ uocatur epicyclus profundati orbis tertii immersam in quo quidem epicyclo corpus lunare figitur.

Mouent aűt deferētes augē eccentrici cōtra successionē signoꝝ simul regulariter sup cētro mūdi ultra motū diurnū ī die naturali gradibus.xi.&.xii.minutis fere.Et axis motus istius axē zodiaci ī cētro mūdi ītersecat:unde & poli eius a polis zodiaci declināt:& q̄titas talis declinatiōis est qnqꝫ graduū īuariabilis sp.Orbis uero epicyclū deferēs mouet secūdū successionē signoꝝ regulariter sup centro mūdi:ita ꝙ omni die naturali tali motu centꝝ epicycli.xiii.gradus &.xi.minuta fere perābulet.Axis tamē huius motus p cētꝝ huius orbis quod cētꝝ eccētrici dr̄ æqdistāter axi augē deferētiū mouet.Vndeēt poli motus istius a polis orbiū augē deferētium dista būt secūdū eccētricitatis q̄titatē.Ex istis seqt Prio: ꝙ q̄uis eccētricus epicyclū deferēs sup axe atque polis suis moueat: non tamē sup eisdē regulariter mouet.Secūdo q̄to epicyclus lunæ augi deferētis eū uicinior fuerit tāto uelocius centꝝ eius mouet:& q̄to uicinior augis eiusdē opposito tāto tardius.

Theorica orbium lunæ.



Signatis.n.aliqbus āgulis æq̄libus sup cētro mūdi uersus augē & oppositū:q uersus augē ē maiorē arcū eccētrici q̄ alter uersus oppositū cōplectit.Tertio centrū eccētrici lunæ circa cētꝝ mūdi & axis eiusdē orbis circa axē augē deferētiū: & poli eiusdē circa polos illoꝝ uoluūt regulariter:circūferētias cōtra successionē describēdo.Quarto aux eccētrici lunæ silr̄ cōtra successionē signoꝝ ꝓgrediēdo regulariter mouebit & eclipticā ꝑteribit:unde quādoqꝫ ī supficie eius:quādoqꝫ uero ab ea:aut uersus austꝝ:aut uersus aqlonē repiet.Vnde fit ut ēt centꝝ eccētrici silr̄ a supficie eclipticæ ī partes oppositas quādoqꝫ recedat.Quīto nō sp supficies eclipticæ supficiē eccētrici p æq̄lia secabit.Cū.n.aux eccētrici ī latitudi

ne fuerit:maior portio sup̄ficiei eccētrici uersus augē erit. Sup̄ficies nāq̧ eccētri/ci p̄ sup̄ficié eclipticæ ī diametro eclipticæ p̄ cētrū mūdi trāseūte secat̄. Vocat̄ aūt sup̄ficies eccētrici circulus p̄ lineā a cētro eccētrici usq̧ ad cētrū epicycli p̄tēsā una reuolutōe fcā descriptus. Huius circūferētiæ p̄tes aux & oppositū augis atq̧ lōgitudines mediæ sicut ī sole uocant̄. Dicti uero orbes Lunæ ī motu suo talē habēt ad solis motū ānexionē: ut sp̄ linea medii motus solis sit ī medio īter cētrū epicycli Lunæ & augē eccētrici eius uel simul cū eis uel ī opposito ābo℞ simul existētiū

Ita q̄ in oī media Solis & Lunæ cōiūctōe cētrū epicycli lunæ & linea medii motus solis& aux eccētrici Lunæ sint ī uno pūcto zodiaci secudū lōgitudinē. q̄re fit ut ī oībus q̄draturis mediīs eo℞: centrū epicycli Lunæ sit ī opposito augis eccētrici sui: & ī oī opp̄ōne media rursus in auge. Vnde patet rō cur medio motu Solis s̄btracto a medio lunæ: remaneat media eo℞ elōgatio: & ea duplata cētrū lūæ p̄ueīat. Distātia nāq̧ lieæ

Theorica axium & polorum.


medii motus Lunæ a linea medii motus Solis scd̄m successionē signo℞ mediā uocat̄ eo℞ elōgatio. Distātia āt lineæ medii motus Lunæ ab auge eccētrici scd̄m successionē: cētrū lunæ dr̄ uel lōgitudo duplex aut duplex īterstitiū. Patet etiā q̄ ī oī mēse lunari cētrū epicycli lunæ bis p̄trāsit orbes augē eccētrici deferentes. Sed orbis q̄rtus cōcētricus caput draconis deferēs mouet̄ sup̄ axe zodiaci circa cētrū mundi regulariter cōtra successioné oī die naturali tribus minutis fere: secū tali motu cōtinue aggregatū ex tribus orbibus quos ambit circūducēs. Vnde fit ut circūferētia eccētrici cōtinue sup̄ficié eclipticæ ī aliis & aliis pūctis eius uersus occidétem ītersecet. Seq̄t etiā ut tali motu poli augē deferentiū circa polos zodiaci

mouendo pi̇ferias circulo℞ deſcribāt. Epicyclus āt circa cent℞ ſuū corpus lunæ re ſibi iſixū ī ſupiori pte cōtra ſucceſſionē: ī iferiori ſcđm deferendo moueť ſup axe ſuo orthogonalř ſup piferiā eccētrici iacēte: ita ꝙ ſupficies plana circūferētiæ epicycli: quā cēt℞ corpis lunæ motu epicycli deſcribit: ī ſupficie plana eccentrici maneat nuſq̄ ab eo declinās. Circūuoluiť tamē epicyclus talř: ut ſup cētro ꝑprio atq; axe irregulariter moueať. Sed hæc irregularitas ad uniformitatem reduciť iſtā: ut a puncto augis epicycli mediæ qcūq; ſit ille: quolibet die naturali. xiii. gradus & q̄tuor minuta fere recedēdo regulariter elōgeť. Aux aūt media epicycli ē pūctus circūferētiæ epicycli quē oſtēdit linea a pūcto diametralř oppoſito cētro eccētrici ī circulo puo p cēt℞ epicycli ducta. Sed aux epicycli uera ē pūctus eiuſdē circūferētiæ quē linea a cētro mūdi p cent℞ epicycli ducta īdicat. Hæ duæ auges unus pūctus ſūt: cū cēt℞ epicycli ī auge deferētis uel oppoſito fuerit. Alibi āt ubicūq; differūt. Ex iſtis patet ꝙ nullus idē pūctus cōcauitatis ī q̄ epicyclus ſituať: cōtinue ſup auge epicycli media ſiue uera maneat. Nā talis pūctus cōcauitatis q cētro epicycli exiſtēte ī auge deferētis uel oppoſito ſup auge media epicycli & uera fuerit: ſp ubicūq; cēt℞ epicycli ſit p lineā ductā a centro eccētrici p cent℞ epicycli determinať. Talis āt pūctus cētro epicycli alibi q̄ ī auge uel oppoſito exiſtēte: nō ē ſup augē mediā epicycli neq; uerā: imo tā aux uera q̄ media ſt tūc ſub locis eiuſdē cōcauitatis aliis. Tres nāq; lineæ pdicta pūcta oſtēdētes ī cētro epicycli tūc ſeſe ſecabūt. Erit tamē ita ut aux uera ſp dū ab auge media differt ſit īter augē mediā & pūctū cōcauitatis ſub quo aux uera dū cēt℞ epicycli ī auge deferētis uel oppoſito fuerit: eē ſolet. Quare ſeqť ut tā aux media epicycli q̄ uera cōtinue uarienť. Inferť ex hoc etiā ꝙ reuolutio epicycli circa cēt℞ ſuū cētro epicycli p ſupiorē eccentrici medietatē diſcurrente ſit uelocior: p iferiorē uero tardior. Linea itaq; medii motus lunæ eſt q̄ a cētro mūdi uſq; ad zodiacū p cēt℞ epicycli ꝑtrahiť. Medius motus lunæ eſt arcus zodiaci ab arietis initio uſq; ad dictū locū. Cēt℞ lunæ patet ex dictis. Linea ueri loci ſiue ueri motus lunæ eſt q̄ a cētro mūdi p cēt℞ corpis lunæ ad zodiacū extēdiť. Verus motus lunæ eſt arcus zodiaci a pīcipio arietis uſq; ad dictā lineā. Aeq̄tio cētri eſt arcus epicycli augē ipius uerā & mediā ītercidēs. Hæc nulla fit cētro epicycli ī auge eccētrici uel oppoſito exiſtēte: maxima uero cū ipſū fuerit modicū ifra lōgitudines medias deferētis. Argumētū lunæ mediū ē arcus epicycli ab auge epicycli media ſcđm motū cētri corpis lunaris uſq; ad idē cent℞ lunare cōputatus. Argumētū aūt ue℞ ab auge uera uſq; ad cēt℞ corpis lunæ ꝑtēdiť. Dńa igiť iter hæc argumēta quādo differūt eſt cētri æq̄tio. Cū uero cēt℞ epicycli lunæ minus ſex ſignis fuerit: maius eſt argumētū ue℞ medio: iō æq̄tio cētri argumēto medio adiiciť. Sed cū plus ſex ſignis fuerit fit ecōuerſo: q̄re tūc ſubtrahiť ad habēdū ue℞ argumētū. Aeq̄tio argumēti ē arcus zodiaci lineis medii motus & ueri iteriacēs. Hāc nullā eē cōtigit dū cēt℞ corpis lunaris ī auge uera epicycli uel oppoſito fuerit ubicūq; tūc ſit cēt℞ epicycli. Maxima uero dū cent℞ epicycli ī oppoſito augis eccētrici fuerit & cū hoc Luna ī linea a centro mūdi ad piferiā epicycli ducta cōtigēter exiſtēte. Dū aūt ue℞ argumētū eſt minus ſex ſignis: linea

medii motus lineam ueri præcedit in signorum successione: ideo tunc æquatio argumenti a medio motu subtrahitur. Sed dum plus sex signis fuerit fit ecõuerso: quare tunc coniungitur ut uerus motus eueniat.

Diuersificant͂ tamẽ æq̃tões eorũdẽ argumẽtoꝝ cẽtro epicycli ab auge deferẽtis ad oppositũ eũte: cõtinue nãq; maiorant͂ scd̃m accessũ cẽtri epicycli ad cẽtꝝ mũdi. Vnde fit ut æq̃tões singuloꝝ argumẽtoꝝ quæ cõtigũt centro epicycli ĩ opposito augis eccẽtrici existẽte: sint maiores singulis æq̃tõibus argumentoꝝ quæ fiũt dũ cẽtꝝ epicycli ĩ auge eccẽtrici fuerit: relatiuas suis relatiuis cõparãdo. Excessus aũt haꝝ super illas diuersitates diametri circuli breuis nũcupant͂. Linea uero a cẽtro mũdi ad augẽ deferẽtis ꝑtracta lõgior ẽ linea ab eodẽ cẽtro ad oppositũ augis extenta. Excessus ãt illius sup istã diuisus in. lx. ꝑticulas æq̃les minuta ꝓportiõalia dr̃: & duplus ẽ ad eccẽtricitatem. Linea namq; medii motus Lunæ q̃ dirigit͂ ad augẽ eccẽtrici: nullã de istis ꝑticulis extra ꝑiferiã eccẽtrici tenet sed oẽs ĩtra. Ea uero q̃ ad oppositũ augis porrigit͂ oẽs


Theorica linearum & motuum.



habet extra: nullã aũt ĩtra. Sed quæ ad alia loca eccentrici ꝓtendunt͂ aliquot de illis habent extra tãtoq; plures q̃to uicinius centꝝ epicycli fuerit augis opposito: & tãto pauciores q̃to uicinius augi. Aeq̃tões aũt argumentoꝝ quæ scriptæ sunt in tabulis sunt quæ cõtigunt dum centꝝ epicycli in auge deferentis fuerit. Sed illæ ut dictũ est minores sunt eis quæ centro epicycli alibi cõstituto fiunt. Cum igit͂ centꝝ epicycli alibi cõstituit͂: quod fit dum centꝝ Lunæ est aliqd: per centꝝ accipiunt͂ in tabula minuta ꝓportiõalia: & per argumentum ueꝝ accipit͂ diuersitas daimetri: quæ tota addit͂ ad æquationem argumenti prius in tabula receptam

si minuta proportionalia.lx.fuerint. Sed si minus fuerint:non tota additur sed aliqua eius portio talis qualia sunt minuta proportionalia respectu.lx.& tunc proueniet æquatio argumenti uera ad talem situm epicycli.


Theorica minutorum proportionalium lunæ.



SUpsicies eccentrici Lunæ ut dictum est propter declinationem polorum orbiũ augem deferẽtium super ficiem eclipticæ super diametro mũdi intersecat. Vnde una eius pars uersus aquilonem: altera uersus austrum ab ecliptica declinabit. Illa igitur intersectio circũferentiæ eccentrici lunæ cum superficie eclipticæ in qua cum cẽtrum epicycli fuerit uersus aquilonem ire incipit:caput draconis nuncupatur:cauda uero reliqua. Mouentur autem hæ intersectiones quottidie ultra motum diurnum uersus occidentem tribus minutis fere:uirtute motus orbis aggregatum trium aliorum orbium Lunæ ambientis.Medius itaq; motus capitis draconis lunæ est arcus zodiaci a principio arietis contra successionem signorum usq; ad lineam a centro mũdi per sectionem capitis protractam numeratus.Verus autem motus capitis est arcus zodiaci ab arietis initio ad iam dictam lineam secundum successionem signo℞ computatus.Similiter dici potest de cauda.Ex his manifestum est q; subtracto medio motu capitis a duodecim signis uerus eius motus remanet.Vnde commune dictum dicens Caput Lunæ tantum medio motu ire contra firmamentum quantum in ueritate uadat cum firmamento:ita intelligitur: medius

motus capitis Lunæ contra successionem signoꝝ in eum punctum protenditur in quem uerus secundum successionem signorum. DE tribus superioribus.

Theorica draconis lunæ





Vilibet triũ superiorum sɘɹɹo bes habet a se diuisos secũdũ imaginationẽ triũ orbiũ Solis. In orbe tamẽ medio q̃ eccẽtricus simplr̃ existit: qlibet hẽt epicyclum in quo sicut in luna tactum est corpus planetæ figitur.

Orbes autem auges deferẽtes uirtute motus octauæ sphæræ sup axe & polis eclipticæ mouentur. Sed orbis epicyclũ deferens sup axe suo axẽ zodiaci secãte scd̃m successionẽ signoꝝ mouet̃: & poli eius distãt a polis zodiaci distãtia nõ æq̃li. Quare fit ut auges eoꝝ eccentricoꝝ nunq̃ eclipticã ꝑtrãseãt sed sp ab ea uersus aqlonẽ & opposita uersus austꝝ maneãt: ita ut auges. s. deferẽtiũ epicyclos: silr̃ opposita atq; cẽtra & poli deferẽtiũ eccẽtricoꝝ circũferẽtias supficiei eclipticæ uirtute motus octauæ sphæræ describãt æqdistãtes: unde etiã ĩ illis supficies eccẽtricoꝝ a supficie eclipticæ ĩæq̃lr̃ secabunt̃: atq; maiores portões uersus augẽ minores uersus oppositũ relinq̃nt̃. Motus aũt epicyclũ deferẽtis sup cẽtro & polis suis difformis ẽ. Hæc tamẽ difformitas hãc regularitatis hẽt normã: ut cẽtꝝ epicycli sup quodã pũcto ĩ linea augis tãtũ a cẽtro huius orbis q̃tũ hoc cẽtꝝ a cẽtro mũdi distat elõgato regulariter moueat̃. Vnde & pũctus ille cẽtꝝ æq̃tis dr̃: & circulus sup eo ad q̃titatẽ deferẽtis secũ ĩ eadẽ supficie imaginatus eccntricus æquãs appellat̃. Necessario igit̃ oppositũ ei qd̃ ĩ Luna fiebat accidit ĩ istẽ ut. s. cẽtꝝ epicycli q̃to uicinius augi deferẽtis fuerit tãto tardius q̃to uero ꝓpĩqis: opposito tãto uelocius moueat̃. Epicyclus uero duos hẽt motus quoꝝ unus us

in longitudinem: alter in latitudinem. De secundo dicendum erit postea. Motus aūt eius in lōgitudinē est quo mouet circa centrū suū corpus planetæ sibi īfixū in parte superiori scd̄m successionē in īferiori ecōtra deferēdo: unde per oppositū ī hoc se habet epicyclo Lunæ. Axis huius motus trāsuersalr̄ sup circūferentiā iacet axi eclipticæ æquidistās quādoq;: quādoq; nō ut patebit: & est sup cētro epicycli irregularis. Hæc tamen irregularitas hāc habet regulā ut a puncto augis epicycli mediæ qcūq; sit corpus planetæ regulariter elōget. Silr̄ igr̄ in his sicut in luna se/qui necesse est ut cōtinue aux media epicycli simul & uera uarient: atq; uelocio/rem eē motū reuo/lutōis epicycli super cētro suo p medie/taté deferētis supio/rē: tardiorē aūt p īse riorē. Habet aūt epi cycli reuolutio mē/surā illā ut semel pci se in tāto tpe q̄tū est a media coniunctōe Solis & istius plane/tæ ad pximā sequē/tem reuoluat: ita ut in omni cōiunctiōe media tale cētrū cor poris planetæ sit in auge media epicycli unde & in omni op positōe tali media fi et in opposito augis epicycli. Fit igitur ut semp cētrū corporis planetæ tot gradib9 & minutis distet ab auge media epicycli: quot linea medii motus Solis distat a linea medii motus planetæ. Ergo subtra/cto medio motu planetæ de medio motu Solis necesse est ut argumentū mediū planetæ remaneat. Hīc uidet accidere ut q̄to centrū epicycli planetæ tardius cir/cuit: tāto epicyclus eius uelocius reuoluit. Nā pp tarditatē talem cōiūctio media motus solis cū eo citius reuertit. Medius ēt motus cuiuscūq; triū horū aggrega/tus motui eius ī suo epicyclo æq̄lis medio motui solis ī gradib9 & miutis existit.


Theorica trium superiorum & ueneris.



A uxaūt media epicycli per lineā a centro æquātis per centrū epicycli ptracta ostē/dit. Sed aux uera per lineā a centro mūdi per centrū epicycli. inter has scd̄m lon/

gitudinem epicycli nihil mediat cum centrum epicycli in augē deferentis uel op posito fuerit. Maxime uero differūt cū fuerit ꝑpe lōgitudines medias deferētis: quæ per lineā a centro eccentrici deferentis ſup lineā augis orthogonalr̄ eductā determinant̄. Aux planetæ in ſecūda ſignificatōe eſt arcus zodiaci ab ariete uſq; ad lineā augis. Linea medii motus planetæ uel epicycli eſt quæ a centro mūdi ad zodiacū ꝓtrahit̄ lineæ exeūti a cētro æquātis ad cētrꝫ epicycli æquidiſtās. Linea ueri motus epicycli eſt quæ exit a cētro mūdi ꝑ cētrꝫ epicycli ad zodiacū. Linea ueri loci uel motus planetæ eſt quæ a cētro mūdi per cētrꝫ corporis planetæ ad zodiacū ꝓtēdit̄.


Theorica axium & polorum.



Medius motus planetæ uel epicycli eſt arcus zodiaci ab initio arietis ſcđm ſucceſſionē uſq; ad lineā medii motus planetæ. Verus autē motus epicycli uſq; ad lineā ueri motus epicycli. Sed uerus motus planetæ uſq; ad lineā ueri motus planetæ computat̄. Cētrꝫ mediū planetæ ē arcus zodiaci a linea augis ad lineā medii motus epicycli. Cētrꝫ uerum aut æq̄tū a linea augis uſq; ad lineā ueri motus epicycli numerat̄. Aeq̄tio cētri in zodiaco eſt arcus zodiaci īter lineā medii motus epicycli & lineā ueri motus eiuſdē. Hæc nulla eſt cētro epicycli in auge deferētis uel oppoſito exiſtēte. Maxima uero dū in lōgitudinibus mediis fuerit. Cū aūt cētrꝫ mediū minus ē ſex ſignis ipſū maius ē uero: ſilr̄ medius motus planetæ maior eſt uero motu epicycli: q̄re tūc ſubtrahit̄ æq̄tio cētri ī zodiaco a cētro medio & etiā a medio motu epicycli ut cētrꝫ ueꝝ & uerus motus epicycli remaneāt. Oppoſitū uero cōtigit dū cētrꝫ mediū plus ſex ſignis fuerit. Aeq̄tio cētri in epicyclo


est arcus epicycli augem mediã & uerã eius iteriacẽs. Hæc silr̃ nulla est dũ centrũ epicycli i auge deferẽtis uel opposito fuerit: maxima aũt i lõgitudine deferentis media. Qualis uero est ꝓportio æq̃tõis cẽtri i zodiaco ad totũ zodiacũ: ea est æq̃tiõis cẽtri i epicyclo ad totũ epicyclũ: eo ꝙ ꝓpter lineas æqdistãtes ãgulus unius æquet̃ angulo alterius. Igit̃ una eadẽ i talibus accepta habet̃ & reliq̃. Dũ aũt æq̃tio cẽtri i zodiaco a cẽtro medio minuit̃ ut ue℞ habeat̃ æq̃tio cẽtri i epicyclo argumẽto medio ꝓ uero habẽdo iũgit̃: & ecõuerso quãdo hæc adiũgit̃ altera subtrahit̃: alternatĩ.n. pariter sese excedũt atq; excedunt̃. Argumẽtũ mediũ planetæ est arcus epicycli ab auge media secundũ motũ eius ad cẽtrũ corpis planetæ numeratus. Argumẽtũ ãt ue℞ ab auge uera computat̃. Aeq̃tio argumẽti ẽ arcus zodiaci lineas ueri loci planetæ & ueri loci epicycli iteriacẽs. Hæc sicut i luna nulla est dũ cẽtrũ corpis planetæ i auge uera epicycli uel opposito fuerit. Maxĩa uero dũ corpus planetæ fuerit i linea a cẽtro mũdi ad circũferentiã epicycli cõtĩgẽter educta cẽtro epicycli in opposito augis deferẽtis existẽte. Cũ uero argumẽtũ æq̃ tũ minus est sex sign s linea ueri motus planetæ lineã ueri motus epicycli ꝑcedit. Iõ tũc æq̃tio argumẽti ad ue℞ motũ epicycli iũgit̃ ut uerus motus planetæ eueniat: ecõuerso cõtigit dũ plus sex signis fuerit. Accidit aũt æq̃tões argumẽti i istis sicut i luna ꝓpter accessũ cẽtri epicycli ad cent℞ mũdi diuersificari. Vnde maiores sũt æq̃tões singulo℞ argumẽto℞ cẽtro epicycli existẽte i opposito augis deferẽtis q̃ eo existẽte i lõgitudinibus mediis eiusdẽ. Illic etiã maiores q̃ eo existẽte i auge deferẽtis: relatiuas semp suis relatiuis cõparãdo. Excessus igit̃ æq̃tionũ argumẽto℞ quæ fiũt cẽ

Theorica linearum & motuum.



tro epicycli existēte ī lōgitudine media deferētis sup æqtōes cōtigētes dū ī auge fuerit: diuersitates diametri lōgiores siue ad lōgitudinē longiorē appellanť. Sed excessus eaꝝ q̄ fiūt cētro epicycli existēte ī opposito augis cōstituto sup cōtigētes ī lōgitudine media: diuersitates diametri ꝓpiores siue ad lōgitudinē ꝓpiorē nū-cupanť. Quia uero linea a cētro mūdi ad augē deferētis ꝓtensa lōgior est q̄ linea ab eodē cētro ad lōgitudinē mediā deferētis educta. Excessus aūt istius sup istā ī lx. ꝑticulas æq̄les diuisus: minuta ꝓportiōalia lōgiora siue ad lōgitudinē lōgiorē dr̄. Linea itaqꝫ ueri motus epicycli dū ī auge deferētis fuerit hēt oēs eas ītra deferētis ꝑiferiā: sed in media lōgitudine nullam ītra: oēs tamen extra. In locis aūt intermediis aliquot intra & aliquot extra: & de tāto plures intra q̄to fuerit centꝝ epicycli deferentis augi uicinius. Silr̄ linea a cētro mūdi ad lōgitudinē deferētis mediā extēsa lōgior est q̄ linea q̄ ab eodē centro ad oppositū augis deferētis ducit̄. Excessus aūt huius sup illā in æq̄s. lx. ꝑtes diuisus: minuta ꝓportiōalia ad lōgitudinē ꝓpiorē siue ꝓpiora uocať.

Theorica minutorum proportionalium.



Linea itaque ueri motus epicycli dū ī lōgitudine media fuerit nullā eaꝝ habet extra deferentis ꝑiferiā: sed in augis opposito oēs. In locis aūt ītermediis tanto plures extra q̄to centꝝ epicycli augis opposito fuerit ꝓpinquus. Aeq̄tiōes aūt argumentoꝝ quæ scribūť in tabulis cōtingūt centro epicycli in lōgitudine deferentis media cōstituto. Sed hæ ut dictū est maiores sunt his quæ fiūt dū in auge fuerit: minores uero aliis in augis opposito cōtingentibus. Cū igiť centꝝ epicycli extra lōgitudinē mediā deferentis fuerit: per centꝝ ueꝝ cognoscunť minuta ꝓportiōalia & per argumentū accipiť diuersitas diametri: longior quidem si minuta ꝓportionalia sint

longiora: ꝓpior aũt si ꝓpiora: cuius diuersitatis pars proportionalis secundũ ꝓ portionem minutoꝝ ꝓportionalium ad sexaginta cum æquatione argumenti in tabula reperta addenda est uel ab ea minuenda: addenda quidem si diuersitas propior fuerit: minuenda uero si longior: & proueniet æquatio argumenti uera & æquata ad talem situm centri epicycli.

De Venere.



Enus tres habet orbes cũ epicyclo quo ad sitũ atq; motũ in lõgitudinem ut aliquis superioꝝ dispositos. Orbes nãq; augẽ deferentes sup axe zodiaci secundũ motũ octauæ sphæræ mouent: ita tamen ut aux eccentrici eius sub eo loco zodiaci sit semp sub quo aux eccentrici Solis. Vnde habita auge Solis in secũda significatione habet & aux Veneris eadem. Orbis aũt epicycli deferens duos habet motus. Vnũ quo ꝓcedit in lõgitudinem uersus orientem regulariter sup centro æquãtis ut in superioribus: ita tamen ut in eo tpe reuolutionem unã centꝝ epicycli faciat quo præcise orbis Solem deferens unã. Habet se nãq; Venus ad Solem in hoc ut linea medii motus eius in eo loco zodiaci scdm lõgitudinem in quo linea medii motus Solis terminet. Vnde habito medio motu Solis habet & medius Veneris. Semp igit est media eoꝝ cõiunctio. Fit aũt motus huius deferentis in lõgitudinem sup axe eius imaginario: cuius poli accedunt & recedũt a polis zodiaci in utrãq; partem ꝓpter motũ aliũ eccentrici in latitudinem de quo post dicendũ erit. Quare nõ accidit ei quod superioribus ut aux eccentrici eclipticã nõ trãseat: ueꝝ quãdoq; ad meridiem quãdoq; ad septentrionem declinat ut patebit. Sed epicyclus eius: motu duplici mouet. s. in lõgũ & in latũ. In lõgitudinẽ quidem sicut epicycli superioꝝ semp tamẽ in decẽnouem mensibus solaribus fere semel reuoluit: unde Solem in hoc sicut superiores nõ respicit. Terminoꝝ expositiones per oĩa sunt hic sicut in tribus superioribus.

De mercurio.



Ercurius habet orbes qnq; & epicyclũ: quoꝝ extremi duo sunt eccentrici scdm quid. Supficies nãq; cõuexa supꝑmi & cõcaua ĩfimi mũdo cõtentricæ sunt: cõcaua aũt supꝑmi & cõuexa ĩfimi eccentricæ mũdo sibiipsis tamen cõcentricæ: & centꝝ eaꝝ tãtũ a cẽtro æquãtis q̃tũ cẽtꝝ æquãtis a centro mundi distat. Et ipsum est centꝝ parui circuli quem centꝝ deferentis ut uidebit describit. Vocant aũt deferẽtes augẽ æquãtis & mouent ad motũ octauæ sphæræ sup axe zodiaci. Inter hos extremos sunt alii duo silr difformis spissitudinis ĩtra se qntũ orbem. s. epicyclũ deferentem locãtes. Supficies nãq; cõuexa superioris & cõcaua ĩferioris idem cũ paruo circulo centꝝ habent. Sed cõcaua superioris & cõuexa ĩferioris una cũ utrisq; supficiebus quinti orbis aliud centꝝ habent mobile quod centꝝ deferentis dicit. Hi duo orbes augẽ eccentrici deferentis uocant: & mouent regulariter sup centro parui circuli cõtra successionẽ signoꝝ tali uelocitate ut ꝓcise in tpe quo linea medii motus solis unã facit reuolutionẽ & orbes isti in partẽ oppositã silr unã ꝓficiant. Et fit motus iste sup axe quãdoq; æquidistãte axi zodiaci & per centꝝ parui circuli trãseũte. Motum aũt hoꝝ orbiũ sequit ut centꝝ orbis deferentis epicyclũ circũferentiã quã


dã parui circuli ſilr̃ in tanto tp̃e regulariter deſcribat. Huius uero ſemidiameter eſt tãta q̃ta eſt diſtãtia qua centꝝ æquãtis a centro mundi diſtat. Vnde hæc circũferentia per centꝝ æquãtis ibit. Sed orbis q̃ntus epicyclũ deferens ĩfra duos ſecũdos locatus mouet̃ in lõgitudinẽ ſcd̃m ſucceſſionẽ ſignoꝝ centꝝ epicycli deferẽdo regulariter ſup centro æquãtis: quod quidem in medio eſt ĩter centꝝ mũdi & centꝝ parui circuli. Hãc tamen habet uelocitatem ut centꝝ epicycli in eo tp̃e ſemel reuoluat̃ in quo linea medii motus Solis unã cõplet reuolutionẽ. Habet ſe nãq; Mercurius in hoc ad Solẽ ut Venus. Fit. n. ſemp ut medius motus Solis ſit etiã medius motus horum duoꝝ. Ex his igitur & dictis ſuperius manifeſtum eſt ſingulos ſex planetas in motibus eoꝝ aliquid cum Sole cõmunicare: motũq; illius q̃ſi quoddam cõmune ſpeculum & menſuræ regulã eſſe motibus illorum. Huius aũt orbis epicyclum deferentis motus fit ſuper axe imaginario cuius extremitates ſicut apparuit in Venere ꝑpter motum alium quem habet in latitudinem ſimiliter accedũt ad polos zodiaci & ab eis recedunt: axis tamen iſte ſecundum ſe totum mobilis eſt ſecundum motum centri deferentis in circulo paruo. Patet itaq; ſicut in Luna: centrum epicycli bis in menſe lunari deferentes augem eccentrici ꝑtranſit: ita in mercurio centꝝ epicycli bis in anno deferentes augem epicyclũ deferentis peragrare: nõ tamẽ eſt in auge deferentis niſi ſemel. Aux enim deferẽtis Mercurii nõ circulariter mouetur circulares reuolutiones complendo ſicut in Lunæ contingit. Sed propter motum centri deferentis in paruo circulo nunc ſecundum ſucceſſionem ſignoꝝ nunc cõtra

Theorica orbium mercurii.



procedit. Habet nãq; limites certos quos egredi ab auge æquantis recedendo nõ ualet: sed continue sub arcu zodiaci a duabus lineis circulum paruum cõtingentibus a centro mundi ad zodiacum ductis comprehenso: ascendendo & descendendo uoluitur atq; reuoluitur. Quotiens cũq; enim centrũ epicycli fuerit in auge deferentis ipsum etiam motuum similitudine erit in auge æquantis & centrũ deferentis in auge sui parui circuli. Quare tunc centrum epicycli in maxima remotione a centro mundi fiet: & centrũ deferentis in duplo plus distabit a centro æquantis q̃ centrum æquantis a centro mundi Deinde uero cũ centrũ deferẽtis per motũ orbiũ duorũ secũdorũ mouebit̃ ab auge sui circuli uersus occidentem centrũ epicycli p motum deferẽtis mouebit̃ ab auge æquãtis tãtũdẽ uersus orientem. Vnde cẽtrum deferentis ad centrũ mũdi incipit accedere & aux deferẽtis ab auge æquantis uersus occidentem recedit continue donec centrũ deferẽtis fuerit in linea cõtingente circulum occidentali. Id autem fit cum ab auge parui circuli quatuor signis distiterit: & tunc similiter centrum epicycli ab auge æquantis uersus orientem distabit quatuor signis. Aux autem deferentis erit in maxima sua ab æquantis auge uersus occidentem remotione: atq; in hoc situ centrũ epicycli fiet in maxima sua quam solet habere ad centrum mundi accessione: non tamen tunc erit in opposito augis deferentis: nec in linea ad paruum circulum contingenter per centrum mundi producta. Post enim descendente centro deferentis uersus centrũ æquantis aux deferentis incipit reaccedere uersus augem æquantis: centrũ aũt


Theorica axium & polorum.




epicycli proportionaliter descendet in altera medietate uersus oppositum augis æquãtis. Vnde magis remouebit᷑ a cētro mūdi: nec perueniet ad oppositū augis deferētis nisi cū ipsū fuerit in opposito augis æquãtis. Id aūt fiet cū cētrꝫ deferētis perueniet in cētrꝫ æquãtis: & tūc aux deferētis erit etiā cū auge æquãtis: & tā defe rens q̄ æquās ex quo æquales in q̄titate cōstituunt᷑: erūt circulus unus: & plus di stabit a centro mūdi centrꝫ epicycli tūc: q̄ distabat cū erat in situ ab auge æquãtis per signa q̄tuor. Hic aūt cū centrꝫ deferētis recedet a centro æquãtis in suo circu lo ascēdendo: centrꝫ epicycli recedet ab opposito augis æquãtis & deferētis & cō tinue magis cētro mūdi ꝓpīquabit. Sed aux deferētis remouebit᷑ ab auge æquã tis uersus orientē cōtinue donec ꝑueniet centrꝫ deferētis ad lineā cōtigentē circu lū paruū a parte orientis: qui punctus cōtactus etiā ab auge parui circuli uersus orientē q̄tuor signis distat. Tūc. n. aux deferētis fiet ī maxima remotōe ab æquã/ tis auge uersus orientē: & centrꝫ epicycli iterꝫ erit in maxima eius ad terrā acces/ sione quā hr̄e solet: nō tamen erit in opposito augis deferētis. Ab hoc uero loco ascēdente centro deferentis uersus augē parui circuli aux deferentis cōtinue re/ uertet᷑ ad augē æquãtis: & centrꝫ epicycli magis elōgabit᷑ a centro mundi uersus augē æquãtis ascendendo usq; dū centrꝫ deferentis ad augē parui circuli ꝑueniet Nā tunc aux deferentis erit cū auge æquãtis: & centrꝫ epicycli silr̄ tā in auge defe rentis q̄ æquãtis. Vnde iterꝫ erit in maxima remotōe a centro mūdi sicut primo rursusq; deīde similis ut iam dicta est mutatio redibit. Ex his primo uidet᷑ in an no tātū semel centrꝫ deferentis esse idē cū centro æquãtis: alias aūt semꝑ deferen tis centrꝫ a centro mundi distātius esse q̄ æquãtis centrꝫ. Quare sequit᷑ cōtrariū ei quod in sup̄ioribus & uenere accidit: ut scilicet q̄to centrꝫ epicycli uicinius au/ gi æquãtis fuerit tāto uelocius: & q̄to uicinius eius opposito tāto tardius moue/ at᷑. Secundo licet centrꝫ epicycli tātū semel in maxima remotiōe fuerit in anno a centro mundi: bis tamen in maxima ꝓpiquatōe quā hr̄e solet ipsū esse contigit. Silr̄ q̄q̄ bis in anno sit in maxima accessione: tamen tātū semel in anno in opposi to augis deferētis reperit᷑. Tertio necesse est ut oppositū augis deferētis cētro epi/ cycli extra augē æquãtis aut oppositū eius existēte īter cētrꝫ epicycli & oppositū augis æquãtis semꝑ uerset᷑: aliquādo quidē uersus centrꝫ epicycli aliquādo ab eo tā p̄cedendo q̄ seq̄ndo sese deuoluens. Quarto sicut aux deferens ad certos limi/ tes utriq; ab auge æquãtis remouet᷑ ita etiā se habet oppositū augis deferentis re spectu oppositi augis æquãtis: maior tamē est arcus huiusmodi motus augis de/ ferentis q̄ arcus motus oppositi eius. Vnde motus unius motu alterius uelocior erit. Quīto & si centrꝫ epicycli cōtigat esse ī pūcto deferētis a centro mūdi remo/ tissimo nunq̄ tamē est in pūcto deferentis quē centro mūdi uicinissimū esse cō/ tigit. Nā dū centrꝫ epicycli fuerit in auge deferentis talis est habitudo deferentis ut oppositū augis eius sit centro mundi ita uicinū q̄ in q̄cūq; alia deferentis quā habet habitudine: nullus punctus eius uicinior aut tā uicinus centro mundi re/ periat᷑. In tali aūt puncto quem uicinissimum esse contigit: centrꝫ epicycli nō est eo t̄pe quo ꝓpiquissimum eum esse cōtigit: sed in eius opposito. Sexto ex dictis

appet manifeste cetꝝ epicy
cli mercurii pp motꝫ supra
dcōs nō (ut ī aliis plāetis fit)
circūferētiā d̄ferētis circula
rē sed potius figure habētis
silitudinē cū plana ouali pi/
seriā d̄scribere. epicyclus ue
ro ī lōgitudinē mouet̄ sicut
epicyclus ueneris: reuolutio
nē tamē unā ī .iiii. mēsibꝫ so
laribꝫ fere sup cētro suō pfi
cit. Termi āt tabulaꝝ hic si/
cut ī supioribꝫ declarāt̄: nisi
ꝙ diuersitas ī miutis ꝓpor/
tiōalibꝫ aliq̄lis existit. æq̄tō/
nes.n. argumētoꝝ mercurii
q̄ ī tabulis scribūt̄ sꝫ q̄ cōti/
gūt dū cētꝝ epicycli fuerit ī
mediocri eius a terra remotōe
Hæc āt accidit cētro epicycli ab
auge æq̄ntis ꝑ duo signa q̄tuor
gradus &.xxx.minuta distāte:
sed ī aliis plāetis cētro epicycli ī
lōgitudīe media d̄ferētis existē
te fiebat. Itē mīma cētri epicy/
cli Mercurii a cētro mūdi r̄mo
tio fit dū cētꝝ epicycli ab auge
æq̄ntis eius q̄tuor signis distite
rit. Hæc āt ī aliis cētro epicycli ī
opposito augis æq̄ntis existēte
cōtigebat. Miuta igr̄ ꝓportōa/
lia lōgiora sꝫ excessus remotōis
cētri epicycli maxīe sup medio
crē eius remotionē ī.lx.ptes æq̄
les diuisus. Sed miuta ꝓportōa
lia ꝓpiora dicūt̄ excessus remo
tionis cētri epicycli mediocris
sup rēotionē eius mīmā: silr̄ ī
lx.pticulas æq̄les diuisus. Et se
cūdū hoc duplex diuersitas dia
metri diffiniat̄. qa tamē a loco
maxīæ accessiōis cētri epicycli
uersus oppositū augis æq̄ntis
miuta ꝓportōalia ꝓpiora miu

Theorica motuū




Theorica minutorum proportionalium.



unt̃ q̃ prius a loco mediocris reotõis usq; ad locũ maxie accessiõis cõtiue augebat̃ iõ dr̃i mercurio miuta ꝓportõalia triplr̃ se hr̃e: q̃ tamẽ i uenere: atq; trib9 supiori b9 duplr̃: i lũa simplr̃ ut mãifeste patuit: se hr̃e solẽt. De passiõib9 plãetaꝝ diuersis


Plãeta dr̃ directus quãdo liea ueri motus eius scd̃m successionẽ signoꝝ ꝓgredit̃. retrogradus ãt cõtra. Statõarius uero dũ hæc liea stare uidet̃ Statio pria i pria significatõe ẽ pũctus epicycli i quo dũ fuerit plãeta ĩci pit retrogradari. Statio scd̃a i pria significatõe est pũctus epicycli i quo dũ plãeta fuerit ĩcipit dirigi. Hæ uero statões existẽte cẽtro epicycli i eodẽ situ d̃fe rẽtis utriq; ab opposito augis ueræ epicycli æqdistãt. Statio pria i scd̃a significatõe ẽ arcus epicycli augẽ uerã epicycli & pũctũ statõis priæ iteriacens. statio scd̃a i scd̃a significatõe ẽ arcus epicycli ab auge uera p oppositũ ei9 usq; ad pũctũ sta tõis scd̃e. arcus directõis ẽ ar cus epicycli a statõe scd̃a p au gẽ usq; ad stationẽ primã ipri ma significatõe. arcus ãt r̃tro gradatõis ẽ arcus epicycli a pũ cto statõis priẽ p oppositũ au gis ad pũctũ statiõis scd̃æ. Hi uero arc9 maiorãt̃ & miorãt̃ pp p̃dcõꝝ pũctoꝝ uariatõnẽ q̃to.n. cẽtꝝ epicycli uicini9 fu erit opposito augis æq̃ntis tã to pũcta stationũ uiciniora st̃ opposito ueræ augis epicycli. Hoc idẽ tãto magis euẽit q̃to plãeta maiorẽ epicyclũ & mo tũ argumẽti tardiorẽ hẽt. Vn de & tpa directõnũ aut r̃tro gradatõnũ i q̃titatib9 suis ua riãt̃. exit.n. tps tale cũ arcus eius p motũ argumẽti plãetæ i uno die d̃idit̃. Ex dcis seq̃t̃ si statio pria subtrahit̃ a toto circulo remãet statio scd̃a: sed subtracta statõe pria a statõe scd̃a arcus r̃trogradatõis hẽbit̃. q̃ si d̃ toto circulo d̃mit̃: mãet arcus directõis. Lũæ tamẽ q̃q̃ epicyclũ hẽat: sicut aliis. v. statio siue r̃trogradatio nõ acci dit pp uelocitatẽ mot9 cẽtri epicycli eius: sp.n. cẽtꝝ epicycli maiorẽ arcũ zodiaci quolibet die scd̃m successionẽ d̃scribit q̃ sit arcus zodiaci correspõdẽs arcui epicy cli: quẽ cẽtꝝ corpis lũæ quocũq; die scd̃m successionẽ: i supiori pte epicycli pãbu lat. tamẽ eãdũ i supiori medietate epicycli fuerit tardã: i iferiori uelocẽ cursu fieri necẽ ẽ. Tardi dn̄r plãetæ & miuti cursu cũ liea ueri mot9 eorũ tardi9 q̃ liea medii

Theorica stationum & regressionum.




motus:aut cõtra succeſſionẽ ĩcedit. Veloces uero & aucti cursu quãdo uelocius scd̃m succeſſionẽ mouent. Aucti numero quãdo æq̃tio addit ſup mediũ motũ. Minuti uero quãdo minuit. Aucti lumine cũ recedũt a Sole uel Sol ab eis. Minuti uero lumine cũ accedũt ad Solẽ uel Sol ad eos. Oriẽtales & matutini cũ oriunt ante solẽ. Occidẽtales uero & uesptini cũ occidũt poſt solẽ. Oriẽtes ortu matutino ſũt q de subradiis exeũtes ꝑpter remotionẽ eoꝝ a Sole uel solis ab eis mane ante ortũ solis apparere ĩcipiũt. Oriẽtes ortu uesptino ſũt q de sub radiis exeũtes ꝑpter remotionẽ eoꝝ a sole uespi poſt solis occaſũ apparere ĩcipiũt. Occidentes occasu matutino ſũt q radios Solis ingrediunt & ꝑpter acceſſũ eorũ ad Solẽ mane occultari ĩcipiũt. Occidẽtes aũt occasu uesptino ſũt q solis radios ĩgrediũtur & ꝑpter acceſſũ eoꝝ ad Solem aut Solis ad eos uesperi poſt Solis occaſũ ĩcipiũt occultari. Tres superiores nõ occidũt occasu matutino nec oriũtur ortu uesptino: ſed Venus & Mercurius atq; luna. Triplex aũt ẽ rõ cur Luna poſt cõiunctionẽ ſuã cũ sole quãdoq; citius quãdoq; tardius appareat. Vna declinatio ſiue obliq̃tas zodiaci & horizõtis. Nã ſi fit cõiũctio sub ecliptica ĩ medietate tamẽ a fine Sagittarii ad finẽ geminoꝝ: tunc cũ sol occidẽdo ĩ horizõte fuerit: plures gradus erũt ĩ circulo reuolutiõis Lunæ a luna ad horizõtẽ q̃ de zodiaco a luna ad solẽ. Vnde ĩ climatibus ſeptẽtrionalibꝫ citius uideri poterit q̃ ſi fuiſſet ĩ altera zodiaci medietate. Scd̃a ẽ latitudo lunæ ab ecliptica. Nã ſi poſt cõiũctionẽ mouet ĩ latitudinẽ ſeptẽtrionalẽ iteꝝ citius uideri poterit q̃ ſi moueret ĩ latitudinẽ meridianã. Tertia uero eſt uelocitas motus Lunæ ueri. Nã ſi uelox eſt motu citius apparet q̃ ſi tarda foret. Fit igit quandoq; ut

Theorica coniunctionis & oppositionis luminarium.




causæ coĉurrāt:tūc eodē die & uetus & noua appet:quādoq; aūt duæ tātū:tūc se cūda die pōt cōiūctionē:quādoq; uero una sola:tūc ī tertio die uidet:quādoq; ēt oium eo℞ oppositū accidit:tūc q̄rto die cōtigit eā appere. Aspectus planeta℞ trinus est cū p tertiā ptē. Quadratus cū p q̄rtā. Sextilis uero cū p sextā eclipticæ ptē eo℞ uera loca distiterit. Cōiūctio media planeta℞ fit quādo lineæ medio℞ motuū eo℞ scd̄m lōgitudinē zodiaci cōiūgunt. Vera āt quādo lineæ uero℞ motuū sic cōueniūt. Sed uisibilis quādo lineæ ab oculo nr̄o p cētra corpo℞ suo℞ eductæ cōiūgunt ī unū. Silr̄ de oppositōe media & uera dicēdū. Et attēdunt hæc in eisdē signo gradu & minuto. Ex isto patet sepe cōiunctionē uerā esse: quando media præcessit aut futura est: sæpe etiam uerā esse quando tamen uisibilis nō ē: aliquādo ēt uisibilē uerā pcedere: quādoq; uero seq. Locus uerus astri est pūctus firmamenti lineā a cētro mūdi p cent℞ astri ptentā terminās. Locus āt uisus siue appārēs p lineā ab oculo p cēt℞ astri ptractā determinat. Diuersitas aspectus astri est arcus circuli magni p zenith & ue℞ locū astri trāseūtis inter locū astri ue℞ & apparētē īterceptus Inde manifestū est q̄to uicinius astrum centro mundi & horizonti fuerit tanto maiorem habere diuersitatem aspectus. Hanc quoq; maximā ī Luna repiri. In Marte uero nō bene pceptibile. Habet nāq; semidiameter terræ sēsibilē ad semidiamet℞ orbis lunæ: nō multū aūt pceptibilē ad semidiamet℞ orbis Martis magnitudinē. Diuersitas aspectus astri ī lōgitudine est arcus eclipticæ īter duos circulos magnos īterceptus quo℞ unus p polos eclipticæ & locū ue℞ pcedit: alter aūt p eosdē polos & locū astri uisū. Diuersitas astri ī latitudine est arcus circuli magni p polos zodiaci trā-

Theorica aspectuum & radiorum.



eũtis & locũ astri uerꝝ: īterceptus īter duos circulos eclipticæ æq̃distantes quorꝝ unus ꝑ locũ uerꝝ astri ꝓgredit̃ alter ꝑ locũ eius uisũ. Id aũt qđ de his circulis æq̃distātibus eclipticæ ītercipit̃ īter circulos magnos ꝑ polos zodiaci trāseũtes simile est diuersitati aspectus in lõgitudine: unde diuersitas aspectus q̃si linea diagonnali q̃drāguli cuius latera sũt diuersitates aspectus ĩ lõgitudine & latitudine. Diuersitas aspectus Lunæ ad solē est excessus diuersitatis aspectus Lunæ sup̃ diuersitatē aspectus solis. Si uera cõiũctio luminariũ fuerit īter gradũ eclipticæ ascēdētē & nonagesimũ eius ab ascēdēte: uisibilis eorꝝ cõiũctio ꝓcessit uerā. Si āt īter eũdē nonagesimum & gradũ occidentē fuerit: uisibilis uerā seq̃tur. Sed si ĩ eodē gradu nonagesimo acciderit tũc simul uisibilis cõiũctio cũ uera fiet nullaq; diuersitas aspectus ĩ lõgitudine cõtiget. Nonagesimus nāq; gradus eclipticæ ab ascēdēte sp̃ est ĩ circulo ꝑ zenith & polos zodiaci ꝓcedēte. Latitudo lunæ uisa ē arcus circuli magni ꝑ polos zodiaci & locũ lunæ uerꝝ aut uisũ trāseũtis īter eclipticā & circulũ sibi æq̃distātē ĩcedētem per locum uisum interceptus.

Theorica diuersitatis aspectus & coniunctionis uisibilis.




Digiti ecliptici dicunt̃ duodecimæ diametri corpis solaris aut lunaris eclipsatæ. Minuta casus ĩ eclipsi lunari sũt minuta zodiaci q̃ luna Solē superādo a principio eclipsis usq; ad mediũ eius: si ꝑticularis fuerit: aut uniuersalis sine mora: uel a pricipio usq; ad initiũ totalis obscuratõis si uniuersalis cũ mora fuerit. Minuta moræ dimidiæ sũt minuta zodiaci q̃ luna Solē superādo a pricipio totalis obscuratõis usq; ad mediũ eius pābulat. Minuta casus ĩ eclipsi solari sũt minuta q̃ luna a pricipio eclipsis usq; ad mediũ supatõe sua ultra Solē pficit. Quare si minuta ista ꝑ supationē lunæ ĩ hora diuidant̃ tp̃s quo ea ptrāsit eueniet. Diameter Solis uisualis ĩ auge eccētrici .xxxi. minuta chordat: sed ĩ opposito

Theorica eclipsis lunaris.

xxxiiii.sp tamē q̄ est ꝓportio.v.ad lxvi.ea est motus solis ī hora ad diā metrū suā uisualē lunæ uero ī auge eccētrici & epicycli.xxix.minuta sed ī auge eccētrici & opposito augis epicycli.xxxvi sp tamēq̄ ē ꝓportio.xlviii.ad.xlvii ea ē motus lunæ ī hora ad diāetrū suā uisualē.Quarꝫ seqꝛ ꝙ polē sit ut ēt quādoq̄ Solis eclipsis accidat ulis nūq̄ tamē n̄aturalr̄ appere pōt rōe diuersitatis aspectꝫ ut totus sol toti terræ ulr̄ eclipsēt.Dū sol ī auge eccētrici fuerit diameter umbre ī loco trāsitus lunæ se hēt ad diametrū lunæ uisualē sicut.xiīad.v. Excessus aūt eius dū sol ē ī auge super diametrū eius dū sol alibi fuerit ī eccētrico decuplus est ad dr̄iam motuū Solis ī hora qbus dū ē ī auge atque illo loco alio mouetur.



Theorica eclipsis solaris.



De declinatione & latitudine.

DEclinatio stellæ ē distātia ipsius ab æqnoctiali:& cōputat̃ i circulo trāſeūte p polos mūdi & ueꝝ locū stellæ quē linea a cētro mūdi p centꝝ corpis stellæ ducta designat. Latitudo āt stellæ ē distātia eius ab ecliptica & cōputat̃ in circulo p polos eclipticæ & ueꝝ locū stellæ mō dictū eūte. Ex his & de Sole supra dc̄is manifestū ē Solē nullā hr̄e latitudinē: licet declinationē hēat: eoq̧ sp supficies deferētis eius in supficie eclipticæ pmaneat. Luna aūt & ali qnq̧ latitudinē habēt. In luna nāq; pp declinatōnē axis augē mouentiū ab axe zodiaci supficies plana deferētis eius sp supficiē planā eclipticæ secat sup diametro mūdi ab eadē i ptes oppositas declinando q̄titate suæ maxiæ declinatiōis sp eadē iuariabilr̃ pmanēte superficies nāq; plana epicycli eius nūq̄ a superficie deferētis recedet Quapropter nō hētnisi latitudinē unā.s.quæ pp declinationē deferētis ab ecliptica cōtigit. Hæc aūt cognoscit̃ pargumētū latitudinis Lunæ ueꝝ. Vnde argumētū latitudinis lunæ mediū ē arcus zodiaci iter lineā ueri motus capitis draconis & lineā medii motus lunæ scd̄m successionē signoꝝ acceptus. Argumētū aūt latitudinis lunæ ueꝝ ē arcus zodiaci a linea ueri motus capitis ad lineā ueri motus lunæ numeratus scd̄m successionē. Subtracto igit̃ uero motu capitis de uero loco lunæ: aut addito uero motu lunæ cū medio motu capitis argumētū latitudinis lunæ ueꝝ pdibit. Tres uero supiores duplicē habēt latitudinē: unā q̄ cōtingit pp declinationē supficiei deferētis a supficie eclipticæ i oppositas ptes sicut i luna

Theorica declinationis & latitudinis.




semp q̄titate maxima īuariabili manēte. Intersectōes tamē deferētiū cū ecliptica sup diametro mūdi q̄ etiā caput & cauda dicunt nō mouent sicut ī luna cōtra successioné signo℞ sed sicut dictū ē scd̄m motū octauæ sphæræ: ita ut auges deferētiū illo℞ sp circūferētiás eclipticæ æqdistātes a pte septētriōis d̄scribāt. Quáq̄ āt auges illo℞ sp s nt septētriōales nō tamē ī oībꝫ tribꝫ st pūcta maxiā℞ latitudinū deferētiū ab ecliptica: imo solū ī Marte sic ē ut aux deferētis maxime declinet ad aqloné ab ecliptica. Sed ī saturno talis pūctus distat ante augē sui deferētis .s. cōtra successioné .l. gradibus. In Ioue uero post augé .s. scd̄m successioné gradibus .xx. Latitudiné aūt aliá ex pte supficiei planæ epicycli quādoqꝫ a supficie deferētis plana declinātis. Mouet .n. epicyclus ī latitudiné respectu augis ueræ sup axe suo cét℞ eius & lōgitudines medias trāseūtes: taliter tamé ut cū cét℞ epicycli fuerit ī nodo capitis aut caudæ: aux uera & oppositū epicycli directe sint ī supficie deferētis: & supficies epicycli ī supficie eclipticæ. Postq̄ aūt recedit a nodo: diameter augiū epicycli declinare īcipit a supficie deferētis: ita qꝫ oppositū augis ueræ epicycli remoueri īcipit supficie deferētis uersus eā ptem ad quá medietas deferētis p quá tūc moueri cét℞ epicycli īcipit ab eclyptica: & aux uera epicycli tātūdé ad pté oppositā. Et sic cōtinue remouent aux & oppositū augis epicycli a snpficie deferētis donec cét℞ epicycli pueniet ad pūctū deferentis maxīe ab ecliptica declināte .s. īter duos nodos mediū: ibi tūc maxīe epicycli supficies cū dicta diametro a deferéte declinat. Ab hoc aūt loco successiue declinatio epicycli a deferéte minorat usqꝫquo cét℞ epicycli puenit ad nodū aliū: ī quo ite℞ tota supficies epicycli erit ī supficie eclipticæ: & diameter augiū uera℞ ī supficie deferētis Vnde axis sup quo fit motus iste in latitudiné sp dū cent℞ epicycli extra nodos fuerit supficiei eclipticæ æqdistabit. Ex his apparet primo qꝫ axis ut dictū ē superius sup quo fit reuolutio epicycli ī lōgitudiné: axi eclipticæ quandoqꝫ æqdistabit: quādoqꝫ uero nō: nunq̄ aūt axi eccētrici æqdistabit. Scd̄o sp corpus planetæ dū ī supiori medietate epicycli fuerit cétro epicycli extra nodos existēte: erit īter duas supficies .s. eclipticæ & sui deferētis: dū aūt fuerit in īferiori medietate epicycli erit distātius ab ecliptica q̄ deferēs ab eadé. Nō igit sp astrū īter deferēté & eclipticā repiet. Tertio auges epicyclo℞ ueras & medias nō sp terminos eē linearū q̄ p cent℞ epicycli trahunt. Verūtamé eas p tales lineas cōtigit determinari. Vnde aux media epicycli sp est ī supficie plana orthogonalr̄ supficié deferētis ī linea augis mediæ secāte: & aux uera epicycli ī simili supficie secāte deferēté ī linea augis ueræ. Quarto manifeste patet cétra deferētiū & æquātiū a supficie plana eclipticæ declinare. Latitudines āt ho℞ q̄ scribunt ī tabulis cōtigūt dū cét℞ epicycli ī pūcto deferentis maxime declināte fuerit. Sed Venus & Mercurius triplicé solét hr̄e latitudiné. Vnā ex pte deferētis q̄ deuiatio dr̄: Aliā ex pte īclinatiōis diametri augis ueræ & oppositi epicycli q̄ īclinatio uocat: Tertiā ex pte reflexionis diametri lōgitudinū media℞ respectu augis ueræ q̄ reflexio appellat. Supficies nāqꝫ deferētis ī latitudiné nūc ad pté septētrionis nūc meridiei sup diametro mūdi mouet: cuius motus poli utrinqꝫ ab auge æquātis nonagīta gradibus

eclipticæ distāt:ibi.n.caput & cauda fiūt.Hic tamē motus latitudinis motui cē/ tri epicycli talr̄ ē ꝓportōatus ut quādo cētꝝ epicycli fuerit ī aliquo loco nodoꝝ .s.nonagīta gradibus ab auge æquātis distās:nulla ē deuiatio deferentis:sed tota supficies eius ī supficie eclipticæ existit.Deīde cētro epicycli eius a nodo recedē te īcipit deferēs deuiare ita ut medietas eius quā īgredit̄ centꝝ epicycli ī Venere qdē sp̄ declinet ad aqlonē:ī Mercurio uero sp̄ ad austꝝ.Et auget̄ successiue deuia tio donec cētꝝ epicycli ꝑuenerit ad augē deferētis uel eius oppositū:tūc.n.deuia tio ē maxīa:ī Venere qdē miuta.xvii.ī Mercurio minuta.xlv.q̄ ulterius cōtinue minorat̄ usq;quo cētꝝ epicycli ī nodū aliū ꝑuenerit:ubi rursus nulla fiet deuia/ tio.Post iteꝝ fiet ut prius.Vnde patet sicut nūq̄ cētꝝ epicycli Veneris uersus me ridiē deuiat ab ecliptica:ita nūq̄ cētꝝ epicycli Mercurii uersus aqlonē cōtigit de/ uiare.Manifestū ē ēt motū circuitōis cētri epicycli ī deferēte æq̄lē eē reditōi defe rētis ī latitudine.Hic silr̄ appet polos sup qb⁹ fit motus deferētis ī lōgītudinē ut dictū ē supra:nūc ad polos zodiaci accedere:nūc ab eis remoueri.Propter dictas āt deuiatōes orbib⁹ ꝑnumeratis aliū mūdo cōcētricū ꝓdictos oēs īcludētē sup/ addi uidet̄ oportere:ad cuius motū trepidatōis ꝓdictæ deuiatōes accidāt.Sed su pficies epicycli plana a supficie deferētis hac atq; illac declinādo mouet̄.Prīo sup diametro epicycli ꝑ lōgitudines medias ab auge uera eūte:quo motu fit ut dia/ meter augis ueræ & oppositi supficiē deferentis secet:ita ut aux uera ī unā ꝑtē & oppositū ī aliā a deferēte declinēt.Hæc tamē declinatio motui cētri epicycli talr̄ ꝓportōat̄ ut quādocūq; cētꝝ epicycli fuerit ī auge æquātis dicta diameter nusq̄ a deferēte declinet:sed ī supficie eius cōstituat̄.Cētro aūt epicycli ab ea recedēte aux uera epicycli a supficie deferētis declinare īcipit:ī Venere qdē uersus septen/ trionē:in Mercurio uero ad meridiē:& oppositū augis ueræ ad ꝑtē oppositā:q̄ d̄clinatio cōtinue auget̄ usq;quo cētꝝ epicycli ad nodū caudæ ꝑuenerit.s.dū ab auge æquātis.xc.gradib⁹ sc̄dm successionē signoꝝ destiterit:tūc.n.maxīa dictæ diametri cōtigit declinatio:q̄ postea cōtinue minorabit̄ donec cētꝝ epicycli ad oppositū augis æquātis ꝑuenerit ubi rursus nusq̄ dcā diameter declinat sed ī su/ pficie deferētis cōstituit̄.Inde uero cētro epicycli recedēte uersus nodū aliū aux uera declinare īcipit a supficie deferētis:ī Venere qdē ad meridiē :ī Mercurio āt ad aqlonē:& oppositū augis ad ꝑtē oppositā:& maiorat̄ successiue declinatio do nec ad nodū aliū ꝑuenerit cētꝝ epicycli:ubi rursus maxīa fiet.Dehīc āt decrescit donec ī augē æq̄ntis uenerit:ubi sicut prīo dcā diameter ī supficie deferētis erit. Inde prior dispō redit.Quādocūq; igr̄ maxīa deferētis deuiatio cōtīgit nullā epi cyclus declinationē hēt:& quādo hæc nulla ē:illa maxīa ē.Scd̄o āt mouet̄ supfi/ cies plana epicycli a supficie deferētis declinādo sup diametro epicycli ꝑ augē ue rā & eius oppositū eūte:quo motu fit ut diameter ꝑ lōgitudīes medias ab auge uera trāsiēs supficiē d̄ferētis quādoq; secet:ita ut medietas epicycli:sinistra ī unā ꝑtē:dextra ī aliā a d̄ferēte reflectāt̄:sinistrā āt uoco q̄ post augē epicycli sc̄dm suc cessionē existit.Hæc tamē dcā diametri reflexio ēt motui cētri epicycli ꝓportōa ta ē talr̄ ut quādocūq; cētꝝ epicycli fuerit ī nodo capitis.s.ī ītersectiōe ante augē deferētis cōtra successionē signoꝝ gradib⁹.xc.nulla fit dictæ diametri reflexio:

sed i eadē supficie cū dferēte locet. Cētro āt epicycli hic uersus augē recedēte me dietas diametri dictæ sinistra siue oriētalis a supficie deferētis: i Venere qdē ad se ptētrionē: sed i mercurio ad austꝝ icipit reflecti: altera uero medietas uersus ptē oppositā: q̄ qdē reflexio continue augeť usq̄ quo cētꝝ epicycli ad augē æq̄ntis ue nerit ubi tūc maxia fiet. Post uero uersus nodū aliū dcrescet donec ad eūdē cētꝝ epicycli pueniet ubi rursus nulla accidet reflexio. Sed ab hoc loco cētro epicycli trāseūte uersus oppositū augis æq̄ntis iteꝝ medietas sinistra diametri eūtis p lō gitudies medias icipit reflecti: i Venere q̄dē ad meridiē: ad aq̄lonē āt i mercurio: & augebiť usq̄ quo ue niet ad oppositum au gis æq̄ntis: ubi tūc ite rū maxima fiet. Hic āt minueť successiue usq̄ dū cētꝝ epicycli ad no dū capitis reuertiť: ubi nulla fiet reflexio: & rursus hitudo prior re dibit. Māifestū ē igř i lo co deferentis ubi nulla cōtigit epicycli declina tio maximā eius refle xionē accidere. Deuia tiōes itaq̄ ab ecliptica: declinatōes āt & refle xiones a deferēte cōpu tanť. Et q̄ scribunť i ta bulis sunt q̄ cōtigūt dū maxime fiūt. Cū āt ma xia cōtigit reflexio. s. i auge deferentis uel op posito existente centro epicycli: extremitas dia metri q̄ reflectiť mino rē hēt reflexionē q̄ plures ptes circūferētiæ epicycli sub ea uersus oppositū augis existētis: pūctus tamē circūferētiæ epicycli cōtactus a liea eā cōtigēte a cētro mū di ptracta: tūc p̄ cæteris maximā hēt reflexionē. Sicut itaq̄ motus decliatōis epi cycli fit sup diametro q̄ reflectiť: ita ecōuerso motus reflexiōis epicycli sup diāe tro dclināte accidit. Vnde uicissim una ē axis motus alterius. Nō igř i istis sicut i supioribꝫ oportet axē sup quo sit motus iclinatōis epicycli cū extra nodos fuerit supficiei eclipticæ æqdistare. Propter dcās epicycloꝝ icliatōes atq̄ reflexiōes or bes parui epicyclos itra se locātes a qbusdā ponūť ad quoꝝ motū eædē cōtigūt.

Theorica latitudinum.






DE motu octauæ sphæræ.

Ctauæ uero spæ ad cuius motũ: ut sæpe dictũ ẽ: orbes dferẽtes auges plãetaꝝ mutãt: triplex ĩest motus. Vnus qdẽ a prĩo mobili. s. diurnus: quo ĩ die naturali semel sup polis mũdi reuoluit. Alter a nõna spæra q̃ scdm mobile uocat: q ꝑ ẽ scdm successionẽ signoꝝ cõtra motũ primũ sup polis zodiaci regularis: ita ut ĩ qbuslibet. cc. ãnis ꝑ unũ gradũ & xxviii. mĩuta fere ꝑgredit. hic motus augiũ & stellaꝝ fixaꝝ ĩ tabulis appellat. Et ẽ arcus zodiaci primi mobilis ĩter caput arietis primi mobilis & caput arietis nonæ sphæræ. Supficies nãq; eclipticæ nonæ sphæræ sp ẽ ĩ supficie eclipticæ primi mobilis. Tertius ãt ẽ sibi ꝓprius: q motus trepidatõis uocat siue accessus & recessus octauæ sphæræ: & fit sup duos circulos puos ĩ cõcauitate nonæ sphæræ æq̃les sup prĩcipia Arietis & libræ eiusdẽ ꝑscriptos: sic ꝙ duo pũcta certa octauæ sphæræ q̃ capita Arietis & Libræ eiusdẽ uocãtur diametralr̃ opposita circũferẽtias taliũ duoꝝ circuloꝝ nonæ sphæræ regulariter describãt: cũ hoc ꝙ ecliptica octauæ sphæræ sp ĩtersecet eclipticã nonæ: dũ ĩtersecat saltẽ ĩ capitibus cãcri & Capricorni nonæ diametralr̃ oppositis. Vnde seq̃t cũ unus eorũdẽ pũctoꝝ octauæ sphæræ est ĩ medietate sui circuli meridiani: alter erit ĩ medietate sui circuli septẽtrionali. Ecliptica quoq; octauæ sphæræ sp eclipticã nonæ ĩ ptes æq̃les dũ secat secabit: atq; portiões circuloꝝ puoꝝ alternatĩ æq̃les. Velocitatis uero motus istius regula ẽ ista: ut quilibet duoꝝ pũctoꝝ circũferẽtiã sui pui circuli ĩ quo circũfert in septẽ milibus ãnoꝝ ꝑcise pficiat. Quãq̃ aũt hoc motu ꝑdicta duo pũcta. s. capita Arietis & Libræ octauæ sphæræ duas æq̃les circuloꝝ circũferẽtias describãt: nulla tamen alia pũcta eius circũferẽtias circulorũ describere ꝯtigit. Capita uero Cancri & Capricorni octauæ sphæræ q̃si figuras conoidales habẽtes ꝑ basi lineas curuas utriq; a capitib9 Cãcri &


Theorica motus octauæ sphæræ.




Capricorni nonæ pagere necesse ẽ. Vnde & quãdoq; ꝑcedẽt ea: quãdoq; uero se/qnt': quãdoq; ãt cõiũgũt'. Cõiũgũt'. n. caput Cãcri octauæ & caput cãcri nonæ dũ caput Arietis octauæ fuerit ĩ maxĩa latitudĩe ab ecliptica nonæ: qđ accidit ĩ circulo magno ꝑ polos zodiaci nonæ & centra circuloꝝ transeũte. Poli aũt eclipticæ octauæ ĩproprie dicti poli quãdoq; accedũt ad polos eclipticæ nonæ: quãdoq; sũt sub eis: quãdoq; uero ab eisdẽ remouẽt': talis tamẽ accessus & recessus sꝑ est sup circulo magno ꝑ polos zodiaci nonæ & cẽtra circuloꝝ paruoꝝ eunte.

Cõtigit itaq; ut ecliptica octauæ sphæræ sub diuersa eiꝰ hĩtudine successiue ĩ diuersis suis ꝑtibꝰ æqnoctialẽ primi mobilis ĩtersecet atq; ĩtersectio talis nũc ĩ ipso capite Arietis primi mobilis accidat nũc citra: nũc ultra: ita ut in tꝑe quo cẽtꝝ parui circuli reuolutionẽ unã ꝑficit q̃ ĩ. xlix. milibꝰ annoꝝ cõtĩgit loquẽdo naturalr̃ quilibet pũctus eclipticæ octauæ sphæræ æqnoctialẽ ꝑpe caput Arietis atq; ẽt ꝑpe caput libræ primi mobilis secuerit: q̃qdẽ sectões ĩ æqnoctiali accedere quãdoq; ad capita Arietis & libræ primi mobilis quãdoq; ãt ab eisdẽ remoueri uidẽt': aliquãdo quoq; scđm: aliquãdo cõtra successionẽ signoꝝ ꝑgrediẽdo. Vnde fit ut maxime zodiaci đclinatões uariabiles existãt. Hĩc itaq; cõtigisse credit' a diuersis astronomis diuersis tꝑibꝰ earũdẽ maxĩaꝝ zodiaci declinationũ q̃titates fuisse nõ æq̃lr̃ ĩuẽtas. Maiores nãq; repte s̃t a Ptolæmeo q̃ ab Almeone: qđ utiq; cũ sĩlibꝰ uiis & modis ꝑcesserũt uix alr̃ q̃ tali motus diuersitate uel sĩli sicut dictũ ẽ mõ euenire potuit. Variationẽ aũt sectiõis eclipticæ octauæ & æqnoctialis respectu Arietis primi mobilis necessario seq̃t' ut æqnoctia silr̃ solstitia cõtinue diuersificent'.

Theorica alia.






Vnde non semper cum Sol ĩ capite Arietis primi mobilis fuerit necesse est æquinoctiũ accidere: sed stat antea fuisse uel postea secuturũ esse: scilicet cũ fuerit in sectione prædicta. Ex quo namq; sicut supra dictum est orbes augẽ solis deferentes sup axe eclipticæ octauæ sphæræ ad motũ eiusdẽ sphæræ mouẽtur: & orbis Solẽ deferens sup axe pdicto axi æquidistãti: necessario sequetur: ut centrũ corporis solaris semp in superficie eclipticæ octauæ sphæræ reperiat. Hec aũt supficies sæpe ĩmo frequẽter est extra caput Arietis primi mobilis: quare seqtur illatum. Similis de uariatione solstitiorũ est ratio. Ex quibus quidẽ primo cõcluditur non esse necessariũ existentẽ Solẽ in capite Arietis uel Libræ primi mobilis nullã habere declinationẽ ab æquinoctiali. Secũdo similiter non esse necessariũ in capite Cãcri uel Capricorni primi mobilis Solem existentẽ ab æquinoctiali declinationẽ habere maximã. Stat enim Solẽ esse in circulo per polos eclipticæ primi mobilis & caput Arietis eiusdẽ transeũte & tamẽ esse extra superficiẽ æqnoctialis. Similiter stat eũ esse in circulo per polos zodiaci primi mobilis & caput Cancri eiusdẽ eunte: & tamen tunc ab æquinoctiali declinationẽ non habere maximã sed antea in ipsa fuisse uel post in ea esse futurũ. Hec etiã sequitur tropicos Cancri & Capricorni continue respectu æquinoctialis uariari: nũc quidẽ uersus eum propinquando: nunc ab eo elongando. Certos tamen limites quos exire non potest habet illa uariatio. Ex his aũt stellarũ motibus satis apertum est motũ aggregatũ ex motibus nonæ & trepidatione octauæ quandoq; secũdum successionẽ nunc quidẽ uelociter nunc tarde: quandoq; aũt stationariũ & quã

doq̈ contra successionem contingere secundum diuersum situm capitis Arietis octauæ sphæræ in circũferentia sui parui circuli. Difficile igitur ualde fuit huius motus antiquis reperire qualitatẽ. Vnde diuersi diuersimode in hoc fuerũt imaginati. Aliqui nãq̈ dicebant auges & stellas fixas moueri per noningentos annos uersus orientẽ continue usq̈ ad gradus septẽ. Deinde per alios noningentos annos tantũdẽ econuerso uersus occidentẽ. Albategni uero dicebat eas moueri uno gradu in sexaginta annis & quatuor mensibus semper uersus orientẽ. Alfraganus aũt putauit q̄ ĩ cẽtum annis unũ gradũ semper uersus orientẽ perficerẽt. Medius itaq̈ motus accessus & recessus octauæ sphæræ est arcus circuli parui a puncto supremo quartæ secundum successionẽ signorum usq̈ ad caput Arietis octauæ sphæræ computatus. Aequatio autem octauæ sphæræ est arcus eclipticæ nonæ sphæræ centrum parui circuli & circulum magnũ a polis eclipticæ nonæ per caput Arietis octauæ transeuntem interiacens. Cum igitur medius motus accessus & recessus nihil fuerit aut semicirculus: nulla fit dicta æquatio. Sed si nonaginta gradus aut. cclxx. fuerit ipsa erit maxima. Cum aũt talis motus accessus & recessus fuerit semicirculo minor: æquatio erit semper addenda: sed cum maior fuerit: erit minuenda.

Theorica ad terminos spectans.




Thebit uero duplicẽ tantũ octauæ sphæræ motũ ĩesse dixit. Vnũ a primo mobili siue sphæra nona: diurnũ. s. Alium uero ꝓpriũ scilicet trepidatiõis qui fit super

circulis paruis. Duplicē eclipticā asseruit: fixā qdē in nona sphæra: mobilē uero in octaua: ita ut capita Arietis & Libræ mobilis circūferātur ī duobus circulis paruis quoꝝ media seu poli sūt ipsa capita Arietis & Libræ eclipticæ fixæ: & arcus eclipticæ fixæ īter polos hoꝝ paruoꝝ circuloꝝ & circūferētias suas q̄tuor gradus habet. xviii. minuta. xliii. secunda. Dixit aūt capita Arietis & Libræ mobilia taliter circūferri ut cū caput Arietis mobilis fuerit ī sectōe parui circuli & æq̄toris occidētali ipsū mouebit̄ ī medietatē parui circuli q̄ ab æq̄tore septētrionalis est: caput aūt libræ mobilis mouet̄ tūc p̄ medietatē sui parui circuli q̄ meridiana est ab æq̄tore. Et cū caput Arietis mobilis fuerit ī sectōe æq̄toris & sui parui circuli orientali: mouebit̄ in medietatē parui circuli q̄ ab æq̄tore est meridiana. Caput aūt libræ mobilis uoluet̄ tūc p̄ medietatē sui parui circuli septentrionalē ab æq̄tore. At cū caput Arietis mobilis fuerit in alterutro duoꝝ pūctoꝝ sectōis eclipticæ fixæ cū paruo circulo statuet̄ ecliptica mobilis directe ī sup̄ficie eclipticæ fixæ quod ī una reuolutōe capitis Arietis mobilis ī suo circulo paruo bis accidet. In oībus aūt aliis locis capite Arietis mobilis ī p̄iferia sui parui circuli locato: ecliptica mobilis secabit eclipticā fixā ī pūctis qdē capitū Cācri & Capricorni mobiliū. Nā hæc duo pūcta eclipticæ mobilis semp̄ circūferētiæ eclipticæ fixæ ī hoc motu cohærent ut nusq̄ ab ea recedāt. A capitibus tamen Cācri & Capricorni fixoꝝ p̄ q̄titatē quatuor graduū. xviii. minutoꝝ. xliii. secūdoꝝ elōgari uersus orientē aut occidentē cōtīgit. Vbicūq; etiā sectio haꝝ eclipticaꝝ fiat ipsā necesse est a principiis Arietis & Libræ mobiliū p̄ q̄rtā circuli magni distare. Licet uero ī una reuolutiōe capitis Arietis mobilis ī suo circulo paruo bis accidat ut capita Cācri & Capricorni mobiliū statuant̄ sub capitibus Cācri & Capricorni fixoꝝ: nūq̄ tamē capita Arietis & Libræ mobiliū sub capita Arietis & Libræ fixoꝝ p̄uenient. Nā dū ecliptica mobilis cōtīget circulū paruū a p̄te septētrionis ī pūcto Arietis mobilis: capita Cācri & Capricorni mobilia iūcta sunt cū capitibus fixoꝝ. Silr̄ accidit ī cōtactu meridiano: sed capita Arietis & Libræ semp̄ a capitibus fixoꝝ q̄titate q̄ dicta est: distāt. Ecliptica etiā fixa semp̄ secat æq̄torē ī capitibus Arietis & Libræ fixoꝝ ad angulū semp̄ eundē puta. xxiii. graduū. xxxiii. minutoꝝ: &. xxx. secūdoꝝ. Sed ecliptica mobilis æq̄torē successiue secat ī singulis pūctis cōprehēsis ī duobus arcubus quos ecliptica mobilis ī duobus sitibus cōtactuū ab æq̄tore separat & q̄titas cuiusq; est circiter. xxi. gradus &. xxx. minuta. Est. n. maxima distātia capitis Arietis mobilis a sectiōe eclipticæ cū æq̄tore p̄ gradus decē & q̄dragītaq̄; minuta. Vnde maxima declinatio eclipticæ mobilis ab æq̄tore uariabilis est maior quādoq; declinatōe eclipticæ fixæ: quandoq; minor eadē: quādoq; sibi æq̄lis. Tūc enim æq̄lls est illi cū mobilis sub fixæ sup̄ficie fuerit: maior uero in sitibus cōtactuū. Vnde eā Ptolæmeus. xxxiii. graduū. li. minutoꝝ. xx. secundoꝝ reperit. Minor aūt dū caput Arietis mobilis in sectione æquatoris & parui circuli fuerit. Nā tūc īter sectio eclipticaꝝ erit in pūcto eclipticæ mobilis maxime declināte q̄ minus declinat q̄ caput Cancri & capricorni fixū. Aequatio itaq; octauæ sphæræ est arcus eclipticæ mobilis īter caput Arietis

mobilis & intersectionem eiusdem eclipticæ cum æquinoctiali interceptus. Sed motus accessus & recessus est arcus circuli parui inter caput Arietis mobilis & in tersectionem æquatoris & circuli parui per medietatem circuli septentrionalem progrediendo. Hoc motu contingit ut stellæ fixæ uideātur nunc moueri uersus orientem: nunc uersus occidentem: nunc motu ueloci: nunc motu tardo. Nam cum fuerit caput Arietis mobilis in quartis parui circuli ab æquatore uidelicet prope situs contactum de quibus diximus tarde uidentur moueri uersus eam partem uersus quam est motus earum: quod tunc æquatio octauæ sphæræ parum crescat aut decrescat. Sed cum fuerit caput arietis mobilis in alterutra sectionum æquatoris & circuli parui uel prope: uelociter moueri uidebuntur stellæ ad eam partem ad quam est motus earum: quod sub eisdem sitibus æquatio octauæ sphæ/ ræ plurimum crescat aut decrescat. Hinc diuersitas manifesta in motu earum in uenta est. Ptolæmeus enim earum loca tempore suo uerificata comparauit ad lo ca earum ab Hipparcho & aliis īuenta: reperitque motas motu tardo: uidelicet in centum annis gradu uno. Nam tunc caput Arietis erat separatum a pūcto quar/ tæ circuli parui meridianæ uersus æquatorem accedens. Posteriores uero dum magis accederet inuenerunt moueri in sexagintasex annis uno gradu. Nunc no/ stro tempore scilicet Anno domini. M. ccccl x. factum est caput Arietis septētrio/ nale fere sexagintasex gradibus a sectione parui circuli & æquatoris distans. Vn/ de & a sectione eclipticæ mobilis cum æquatore nonaginta gradibus quadragin taocto minutis fere distat. Sectio igitur iam fit super uigīti gradibus duodecim mi nutis Piscium eclipticæ mobilis. Maxima autem æquatio octauæ sphæræ con/ tingit dum caput arietis mobilis fuerit super punctis quartas circuli parui ab in tersectionibus eius cum æquatore distinguentibus: & est decem graduum qua/ dragintaquinque minutorum. Vnde quilibet punctus a decemnouem gradibus quindecim minutis Piscium usque ad decem gradus quadragintaquinque minuta Arietis eclipticæ mobilis potest fieri in loco intersectionis quæ est pūctus æqua/ litatis uernalis. Idem intelligendum de pūcto æqualitatis autumnalis in arcu op posito. Constat etiam puncta tropica non semper esse in capite cancri aut capri/ corni mobilis: sed in punctis per quartā a sectione æquatoris cum ecliptica mo/ bili distantibus. Ptolæmeus itaque iudicans stellas tempore suo moueri ab occidē te in orientem credidit unum tantum esse zodiacum fixum scilicet qui semper eandem haberet declinationem ab æquatore: ad quod sequitur id quod dixit. Nam ex quo stellæ meridionales a tropico hyemali recedentes accedebant uer/ sus punctum æqualitatis uernalis & inter hoc punctum & tropicum æstiuum in partem septentrionis recedebant ab æquatore: iudicauit moueri secundum successionem signorum. Sed supposito hoc motu tēpore suo in rei ueritate mo/ uebantur contra successionem signorum eclipticæ fixæ. Verum est tamen quod pro/ pter æquationem octauæ sphæræ tunc decrescentem moueri uisæ sunt ad suc/ cessionem signorum quod in ītersectione eclipticæ mobilis cum æquatore putabat esse caput Arietis zodiaci immobilis: quam intersectionem semper fixam existi

mabat. Hinc motum sequuntur omnes sphæræ inferiores in motibus suis: ita ut respectu huius eclipticæ mobilis sint auges deferentium & declinationes earum semper inuariabiles.

Theorica ultima octauæ sphæræ.



Hoc quoq; sideralis scientie singulare opusculum Impressum est Venetiis mandato & expensis nobilis uiri Octauiani scoti ciuis modoetiensis Anno Salutis M.cccc.lxxxx.quarto nonas octobris.

REGISTRVM

a

Vacat
Sphæræ mundi
etiam fortiter
Diffinitio ſphæræ

b

diei & noctis
tas in medio
rius dicta
quas obſeruabant

c

culo meridiano
gulos pro reliquis
Quorum zenith
Inter iſtas

d

modũ Ptolæmeus
prehenſa habet
friuola. Quãdiu
finitio reſpondet

e

ne fuerit
medii motus
motus capitis
gitudinem epicycli

f


cauſæ concurrant
xxxiiii. ſemper
ſemper quantitate
ſed in eadem

FINIS





2


EX
BIBLIOTHECA
MICHAELIS
CHASLES
ACAD. SCIENTIAR. SOCII.